

PROVINCIAL

PUBLICA  
C  
8




TOLEDO  
BIBLIOTECA PROVINCIAL

Sala *Reserva*

Número *680*







T. 884759

C. 1000207670



**I**ncipit Epistola Rabi samuelis israhelite oriū  
di de fer ciuitate Regis marochitani : missa Rabi  
ysaac magistro synagoge qui est in subiulmeta in  
regno predicto . Anno dñi . s . natiuitatis eius Mil  
lesimo Sed translata de arabico in latinum per fra  
trem Alfonsum boni homis hispanū ordinis pre  
dicatorū . quam translationē fecit anno dñi Mille  
simo tricētesimo tricesimonono . Sanctissimi ac bea  
tissimi dñi Benedicti pape duodecimi . pontificat⁹  
eius anno quinto .

**B**euereudissimo in christo patri fratri  
Hugoni magistro ordinis predicatorū  
dignissimo : & sacre pagine professori  
Eius subdit⁹ frater alfonsus boni hois  
hispanus : promissaz obedientiā semper p̄mptam  
in omnibus et deuotam . Cum ego propter parui  
tatem meā & insufficientiam nō sim talis q̄ uobis  
et pro vobis sciam aliquid magni facere uel saltez  
assistere tantis laboribus et curis uestris : que pro  
nostra quiete : et totius ordinis pace in curia susti  
netis ad solatium nostrū aliquale : et quasi subleua  
men laboris quendā libellū antiquissimū qui nup̄  
tam deuenit ad manus meas : et fuerat ante tot tē  
poribus occultatum : noua translatione de arabico  
in latinum per me interpretatum : paruū enseniū  
vobis mitto . Et est sciendū q̄ inter iudeos multuz  
gloriantur illi qui arabicaz peritiā obtinēt lraz



Tuz quia ille littere sunt ī antiquoꝝ philosophoꝝ  
scripturis copiose. Tum etiam quia in eis utpote  
paucis iudeis et paucioribus xpīanis notis scribūt  
confidentius secreta sua que uolunt ab aliis occul-  
tare. Qua etiam de causa ut extimo Iudeus iste li-  
cet cathecuminus auctor huius libri : non ipsum in  
hebrayco sermone: sed in arabico annotauit. Sed  
oportet q̄ tarde uel cito occulta omnia reuelentur  
iuxta sententiam saluatoris. Ego uero in transseren-  
do ipm̄ auctoritates biblie ab isto iudeo inductas  
scripsi in locis suis in arabico pariter et in latino.  
Non put in nostra hntur translatione scdm̄ beatū  
Ieronimū: sed prout iste iudeus scripsit quando cō-  
posuit istud opus. Et hoc feci ne aliq̄s posset mihi  
imponere quod ego in textu presumpserim ali-  
quid addere diminuere uel imutare. Et super hoc  
erunt qui sciunt arabicum testes mihi. Et hoc di-  
co quia iudeus iste istam nostram translationem  
non sequitur. ut videbitis in processu. Me au-  
tem oportuit ut ordo exposcit ipm̄ exponere in la-  
tino put ipse loquitur in arabico eius modum lo-  
quendi q̄tum fuit possibile et ordinez obseruando  
aſ non interpretis eius: sed corruptor libri sui meri-  
to possem dici. Nec iudei si uiderint istum librum  
in utraq̄ lingua scriptū cōuincerent̄ per eū si uide-  
rent q̄ auctoritates in latino ab hoc descripto in  
arabico discordarent. Sed sup̄ consolationem n̄raz  
pater & dñe mi magister: est etiam finis alius que



intendo. Conseruet vos ordinū conseruator dñs Ie  
sus cristus per multa tempora in sui grā z amore.  
Scriptū Parisius per manū modici serui vestri fra  
tris Alfonsi.

**I**N nomine dñi misericordis & miserantis in  
quo speramus Incipit ep̄la translata de ara  
bico in latinum: per fr̄m Alfonsuz boni ho  
minis hispanum ordinis predicatorū: que ep̄la cu  
ius sit editiue: siue quis eam composuit: et ad quid  
valeat prohemiolū ipsius ep̄le & narratio eius ple  
nius declarabunt cum titulo qui est talis.

**E**Pistola quā scripsit magister samuel isra  
helita oriundus de fer ciuitate regis ma  
nochitani ad Rabi ysaach magistrum sy  
nagoge que est in subiulmeta ī regno predicto ut  
sequit̄. ¶ Conseruet te d̄s o frater et permanere  
te faciat usq̄quo terminetur ista captiuitas n̄ra &  
cōgregetur ista dispersio nostra: et ppinquet spes  
nostra: & sit nūc deus bñplacitus super vitā n̄ram  
Amen. Noui & exptus sum dñe mi Qz plenitu  
do sc̄ie nostri temporis est ī te: & tu es nostra spes  
certificationis in dubiis legis et prophetarū cū eius  
dispositionibus gloriosis. Vnde ego pticeps doctri  
ne tue: tibi expono estus cordis mei super illis que  
legis et prophetarū sunt: super quibus anxior cum  
timore. Quapropter recurro ad habundantem sci  
entiā tuā: & mitto tibi libellū istū sperās p̄ te deo  
volente ī veritate cōfirmari: ac ī dubiis declarari.



**D** Esidero dñe mi certi      Caplm .I.

ficari per te: et de testimoniis legis et prophetarum et aliarum scripturarum quare nos iudei sumus generaliter percussi a deo in captiuitate ista in qua sumus que potest vocari proprie perpetua ira dei non habens finem: nam modo sunt mille anni completi quod per Titum fuimus captiuati. Et nos scimus quod patres nostri adorauerunt ydola: occiderunt prophetas: et legem dei abiecerunt. Et propter istas transgressiones deus non percussit eos captiuitate nisi per lxx. annos in babilonia. Et post tempus prefatum placatus est eis: & reduxit eos in terram sanctam. Et secundum scripturas ira dei tunc temporis fuit validissima super omnes alias iras quas ante illa tempora commemorat scriptura. Et tamen ut dictum est pena tantorum peccatorum non fuit nisi lxx. annis. Et nunc domine mi ira dei que in presenti punit nos non habet terminum: nec finis eius nobis permittitur in prophetis. Si voluerimus dicere quod ista pressura in qua sumus ira dei est adhuc. scilicet illa ira propter quam fuit captiuitas lxx. annorum: et quod ante non fuit satisfactum complete de peccatis predictis per illos patres nostros: nos facimus deum mendacem quod absit. Quoniam ipse uerus deus & gloriosus illi captiuitati imposuit prefatum terminum per prophetas. scilicet lxx. annorum. Unde talis non est responsio sed euasio seu excusatio que esset uana: nec est coram intelligentibus pre-



ponenda. Et si dixerimus q̄ deus in illa transmi-  
gatione misertus est vni parti generis nostri et non al-  
teri: & illorū quoꝝ est misertus transduxit ad edi-  
ficandum templū: ut dicit propheta Neemias: &  
q̄ nos sumus de illis quoꝝ misertus non est: dicēt  
nobis cristiani: q̄ deus misertus est illorū qui ado-  
rauerunt ydola: et qui occiderunt prophetas: & ta-  
men durius nos punit qui non peccauimus in pre-  
dictis: 2 illorū pena fuit ī dicto certo termino lxx.  
annorū. & nostra punitio non habet sc̄dm nos cer-  
tam causam: et tamen est ita longa et sine termino  
in qua pena sumus nos: iam sunt mille anni: nec ī  
lege nec in prophetis hui⁹ pene terminū possum⁹  
inuenire. Quare dñe mi: cum deus punierit patres  
nostros p̄pter ydolatriam: propter interfectionez  
prophetaꝝ et pena et peccatū sunt note in scriptu-  
ra cum deus non puniat bis in idipsum pro pecca-  
tis illis preteritis fuit postea scilicet captiuitas sep-  
tuaginta annorum. Et cum deus non puniat vni-  
uersaliter nisi propter peccatum vniuersale: oportet  
fateri q̄ post illam captiuitatem nos incidere-  
mus et peccauerimus coram deo om̄s maiori pec-  
cato q̄ fuit ydolatria parentum nostrorum: et q̄ fu-  
erit interfectio prophetarum: ex quo deus pro illis  
peccatis predictis puniuit patres nostros ānis lxx.  
et non amplius: & nos puniuit iaz sunt mille anni.



Et posuit et dispersit nos per quatuor partes mundi :  
Quicquid tamen nobis contingat dei sumus : & in omni  
eventu dicamus : quia nulla est excusatio supradicta.

**S**upposito ergo domine mi :  
quod nos sumus in peccato aliquo maximo :  
rogo nunc quod certifies me : si postquam deus  
dispersit nos de ierusalem et in captiuitatem istam lon-  
gissimam misit deus seu perpetuam propter illud peccatum  
si auctoritate nostra et propria voluntate : aut spe-  
ciali mandato dei nos in captiuitate ista accepimus  
obseruare : et circumcisionem & sabbatum et alias ob-  
seruantias quas tenemus secundum legem moysi . Nam  
nos cognoscimus quod a tempore quo Titus destruxit  
ciuitatem sanctam et templum combussit : et nos in istam  
captiuitatem dispersit : quod extunc cessauit inter nos  
vigere sacrificium : oblationes : holocausta : et deus  
non promisit nobis poscere prophetam aliquem . non per pro-  
phetam : nec per reuelationem aliquam certam quod de-  
beremus redire aliquando in ierusalem in statu pristino :  
Nec mandauit nobis postea quod obseruaremus ob-  
seruantias supradictas . Videtur igitur sequi quod nos non a  
deo : sed ab illis qui erant in ira dei obseruantias su-  
perdictas accepimus et tenemus . Et dicent nobis ad-  
uersarii nostri . Sicut vos obseruatis circumcisionem  
et sabbatum et legem in synagogis librosque moysi et  
prophetarum sine mandato dei : quare non assumpsi-  
stis vobis similiter sacrificia : et non facistis vobis sa-  
cerdotem & regem et principem . vntiones sanctas



& incensum. Quare nō edificatis vobis altaria & ceremonias om̄s alias que sunt in lege contente: Sicut sabbatum et circūcisionem: et sicut plura alia: que seruat̄ sc̄dm traditiones vestras sine mandato dei propria uolūtate. Ex utraq; parte incurritis ī offensam. Et si hec predicta facitis contra uolūtatem dei. Vel si dicatis q̄ uoluntas dei est & bñplacitū q̄ hec obseruetis quod tamen oñdere non potestis. Quare nō obseruatis alia supradicta quoruz multa facere possetis. Et si regez uos nō pmitterēt facere reges et populi sub quibus estis: pmitterent tñ uos multa alia facere sicut pmittunt uobis circūcisionem et libros et synagogas et alia que tenetis. Et adhuc dñe mi: non est nobis in promptu responsio sufficiens ut uidetur. Sumus tamen dei in omni euentu et statu quicqd nobis contingat.

**I** Nuenimus dñe mi deū loquentē p os zacharie prophete dicentez vii.c.vbi loquit̄ de illa prima captiuitate breui: interpretando hanc auctoritatē: et sc̄dm q̄ scribit̄ in arabico: sic nō sonat in latino: hec dicit dñs deus sacerdotibus et populo terre. Quando ieiunastis et plorastis in quinto & septimo toto tpe lxx. annoz: intellexistis q̄ mihi ieiunaretis: aut ad me ploraret̄: haut ego tale ieiuniū volui a uobis. Nostra aut̄ translatio aliter habet. Sed ego scribere propono sicut iacent auctoritates in arabico quas iste inducit: nō sicut sūt in nostra biblia. Innuit deus dñe mi in v̄bis p̄dc̄is



¶ dum nos iudei fuimus per lxx. annos in predi-  
cta captiuitate ¶ fuimus sine lege qui ieiunijs ha-  
bemus a lege sicut alias obseruantias. Et similiter  
fuimus sine circūcisione et sine sabbato. & sine du-  
bio omnia hec non valent dū ira dei manet super  
populū suū. Illa v̄o prima ira dei fuit breuis et ha-  
buit certum terminum: sed hec ira dei ī qua sum⁹  
nunc est longa: et non inuenitur terminus in pro-  
phetis. Et timeo dñe mi: ¶ sicut deus misit in cap-  
tiuitatem illam p̄res nostros sine lege et sine obser-  
uantijs eius nec acceptauit ieiunia: nec obseruanti-  
tias legis eorū quousq; fuit completū tempus pene  
ipsorū. s. lxx. annorū. sic in ista captiuitate ultima  
non acceptat opera que facimus sc̄dm obseruanti-  
as legis: quia constat ¶ nos sumus in maiori pccō  
nunc q̄ patres nostri fuerint in babilonia: vñ nos  
sumus in maiori ira dei q̄ illi: et per cōsequēs ope-  
ra nostra sunt ei minus placita: z nos sumus ei ma-  
gis odiosi: et patet ¶ illi propter mortem prophe-  
tarum: et quia ydola coluerunt fuerunt tm̄ lxx. an-  
nis in captiuitate: et nos propter magnum pccm̄  
et maximum sumus captiui iam sunt mille anni.  
Et hec captiuitas dñe mi est illa quam deus per os  
Danielis prophete vocat desolationem cum dixit  
in ix. capitulo. Vsq; ad consūmationem et finem  
perseuerabit desolatio. Prima captiuitas vocatur  
transmigratio: quia post modicum tempus fuerūt  
reducti cum honore in ierusalem. Sed hec vocatur



desolatio perpetua in qua pro certo deus non mi-  
seretur nostri sicut miserebatur patrum nostro-  
rum dum erant in babilonia : & consolabatur eos  
per prophetas qui promittebant eis liberationem  
& erant etiam omnes simul: nobis autez nihil pro-  
mittit. & insuper dispersit nos per vniuersa regna  
mundi. Attamen quicquid cōtingat dei sumus in  
omni euentu .

**D**omine mi: valde mirabile est mihi de no-  
bis. Cotidie speramus liberationez de cap-  
tiuitate ista : et semper loqmur de nra re-  
ductione in ierlm: & uel sumus ceci: uel deceptoꝝ  
simpliciū. Nam constat q̄ post dispersionē nrām  
que facta est per Titū nō apparuit nobis prophe-  
ta qui nobis promitteret reductionem: nec etiam  
post captiuitatem lxx. annoꝝ fuit ppheta qui lo-  
queretur de ista captiuitate que nō habet finez nisi  
in fine mundi: nec de liberatione ab ea: nisi per cō-  
sumationem seculi: quia daniel vocat istam desola-  
tionem sine fine cap̄o ix. Vnde timeo dñe mi: q̄  
cum tanta captiuitas non possit emanare super to-  
tam gentem nostram a deo: nisi propter maximuz  
pccm̄ in deū maius q̄ interfecisse pph̄as et adorasse  
ydola: propter que peccata fuerunt patres nostri  
puniti: quia sicut deus non miseretur nostri in ui-  
ta cū in eodez pccō pseueremus: qđ nec etiā misere-  
tur mortuis ex nobis. Attamē dī sum⁹ in oī euētu



quicquid nobis contingat uel eueniat.

**O**mine mi : videtur mihi q̄ decipiamus  
alios et nosipfos quia in libris legis ⁊ pro  
phetarū inuenimus deū promittentē gen  
ti nostre liberationem ⁊ cōgregationem de disper  
sione multipliciter Sed bñ aduertentes om̄s p̄missi  
ones huiusmodi: uel fuerūt complete ante captiui  
tatem lxx. annoꝝ: uel fuerunt p̄pter peccata illoꝝ  
quibus p̄missē sunt totaliter impeditē: sicut p̄po  
no dñe corā te exempla ista pauca. Dicitur in eze  
chiele. Si feceritis iusticias meas: et mandata mea  
seruaueritis congregabo uos de quatuor partibus  
mūdi ⁊ leuabo uos et adducā uos p̄ mare: ⁊ redu  
cā uos ī domū sanctam meā. Ecce qđ nobis d̄s pro  
mittit p̄ Ezechielē in p̄dictis uerbis ⁊ aliis locis li  
bri eiusdeꝝ p̄phetie. Iam cōpletū est pluries añ illā  
captiuitatē lxx. annoꝝ. ⁊ om̄s p̄missiones dñe mi  
tales maiores et minores q̄ in diuersis locis libroꝝ  
sanctoꝝ cōtinent complete sunt anteq̄ caderemus  
in istam ultimā captiuitateꝝ q̄ nō habet finem mō  
sumus in millesimo anno: nec in aliquo p̄ph̄arum  
eius terminū inuenimus: nulla tñ dei promissio ubi  
agitur de liberatione: intelligit̄ de ista captiuitate  
p̄petua: sed de illis tribulationibus ⁊ de dispositio  
nibus q̄ fuerunt ante dictos lxx. annos: postea nul  
la congregatio de dispersione nobis promissa est.  
Et oportet q̄ post illos lxx. ānos cōmiserim⁹ illud  
magnū pccm̄ p̄pter qđ de⁹ sine terminō punit nos:



in quo peccato sumus et manemus in ira tam longa: aliter deus misericordiam suam non contineret. Nam uidemus per scripturas: quod omnia peccata que commiserunt patres nostri ante lxx. annos predictae captiuitatis punita fuerunt. et de multis exempla haec pauca inducam. Peccauerunt patres nostri quando exierunt de egipto: et promissio eis facta: in eis locum non habuit: sed in peccatis suis in deserto mortui sunt. Peccauit ipse moyses ad aquas contradictionis et terram promissionis non intrauit. Peccauit ipse aaron et portauit penam. Peccauit etiam heli sacerdos et fractis ceruicibus expirauit: et posteritas eius sacerdotio priuata est. Et tamen deus promiserat sacerdotium in eternum. Sed huiusmodi promissa intelliguntur semper nisi per peccatum demerentur accipere ut patet in regno dauid et in posteris eius: sicut etiam deus verus et gloriosus promisit abrahae et semini eius terram illam in eternum possidendam: sed frequenter perdidit illam propter peccata sua: et frequenter restituit eam dominus illis usque ad illam ultimam vicem qua perdidimus eam: et sunt mille anni. Sed non est spes recuperandi quia manemus omnes in eodem peccato propter quod terram nostram perdidimus. Et domine multum mirabile est cum omnes concordemus quod oportet: quod post captiuitatem lxx. annorum in babilone peccauerimus contra deum peccato maximo: et nullus est qui dicat quod est illud peccatum maximum. Et si aliquis



nostrū aliquo modo cognoscat causam et peccatum:  
propter quod incurrimus tanta mala: nullus tamē  
apit proximo suo: nec ipsemet qui cognoscit: scīaz  
suam cōuertit in utilitatem. Sed om̄s iacemus pro  
strati & videmus manifeste q̄ in predicta capti-  
uitate lxx. annoꝝ erat deus cum patribus nostris  
in propheta Ieremia et in aliis prophetis. et dedit  
eis ducem salathiel: et principes & sacerdotes cum  
quibus exierunt de babilone peracta penitentia:  
& placuerunt deo: et edificauerunt ier̄lm et tem-  
plum et alias ciuitates: & effudit deus super illos  
m̄ias suas copiose. Igitur dñe mi: inquiram et non  
cessabo querere quod peccatū est istud tale quo su-  
mus in captiuitate mille annis: nec habemus pro-  
phetam nec regem: nec sacerdotē nec altare: nec sa-  
crificiū nec vnctionem: nec incensum nec purifica-  
tiones: imo facti sumus abominabiles toti mun-  
do sicut deo: & contemptibiles. et in solo corde no-  
stro regnat solū superbia: et nos ipsos preferimus  
toti mūdo. Et quod super hoc sentio pandam tibi  
dñe mi: nihilominus quicquid eueniat nobis: tamē  
dei sumus.

**Q**Uone igitur dñe mi: Paueo q̄ illud pecca-  
tum propter quod sumus in hac desolati-  
one in captiuitate ista: sit illud peccatum.  
sup̄ quo locutus est deus per prophetā amos. ii. c.  
cū dicit sic. Super tribus sceleribus isr̄l conuertam



uel transferam. Nota q̄ ubi est conuertaz hñt hic  
transferam: et est ad p̄positum eius maḡ. Et sup̄  
quartum non trāsseram eos: qm̄ vendiderūt iustū  
pro argento. Et nos dñe sc̄dm̄ doctrinam nostram  
dicimus q̄ iste iustus fuit Ioseph filius Iacob qui  
fuit venditus: & sic ego tenerem nisi q̄ sermo diuī  
nus ponit istud peccatum venditionis quartuz in  
numero peccatorū siue scelez̄ isrl̄. Ipsi etiā xp̄iani  
quibus per studium sanctorū libroruz uidetur esse  
traditum a deo respondent doctrine nostre p̄dicte  
& dicunt q̄ primū in quatuor sceleribus israhel ē  
venditio ioseph a fratribus suis. Et secundū pccm̄  
siue scelus assignant adorationem vituli in oreb̄.  
Et terciū scelus: occisionem p̄phetaz̄. propter  
quod terciū: fuit isrl̄ captiuus lxx. annis in babi  
lone. Et dicunt q̄ quartuz scelus isrl̄ fuit venditio  
iusti. s. Iesu qui ad lrām fuit uenditus post trans  
migrationem p̄fata lxx. annoz̄. Et si nos dñe  
mi volumus tenere p̄fata doctrinam nostram  
et respondere cristianis: oportet q̄ assignemus in  
israhel ante venditionem ioseph tria scelera p̄ces  
sisse: ut ipsa venditio ioseph sit quartum scelus. Sz  
hoc nō poterimus sustinere: q̄ testimoniū libri ge  
nesis est contra nos qui uenditionem ioseph ponit  
primum scelus filioz̄ isrl̄. Et propheta amos poit  
expresse quartum scelus venditionis iusti propter  
q̄d sumus ī captiuitate: de qua loquit̄ d̄s cū mināt̄  
q̄ non reducet nos ultra ī terrā p̄missiōis cū dicit



Et super quartū non transferaz eos : quia vendide-  
runt iustum pro argēto. Et manifeste apparet no-  
bis q̄ nos sub isto quarto peccato venditionis iu-  
sti: sumus puniti. Iam sunt mille anni in quib⁹ ni-  
hil proficimus inter gentes : nec est spes proficien-  
di amplius .

**Q**Xpauesco dñe mi: q̄ iste iesus quem co-  
lunt cristiani: sit ille iustus venditus pro  
argento scđm amos prophetam. & timeo  
q̄ de ipso sint hec que occurrunt mihi testimonia  
prophetaz: et illi et eadem in doctrina sua valde  
aperte applicant cristiani . Ysaïas propheta dicit  
primo capitulo. Ve genti peccatrici prauis filiis  
sceleratis: quoniā ipsi elongauerunt se a deo et blas-  
phemauerunt sanctum eius z inclinati sunt retror-  
sum. Item idē propheta dicit. Quasi ouis ad occi-  
sionem ligatus est que non aperuit os suum. Item  
idem propheta capto liii. Vir hñs dolorem et sci-  
ens infirmitatem . Item fuit despectus et propter  
hoc non reputauimus eum. Item Oblatus est quia  
ipse voluit. Item: de angustia et de iudicio deposi-  
tus est: generationē eius quis enarrabit. Item: Pro-  
pter culpam populi mei transfixi eū: et dabit iniu-  
riatores. s. impios pro sepultura: & diuites p̄ mor-  
te sua. Et timeo dñe mi q̄ iniuriatores fuerint pa-  
tres nostri: et diuites pylatus z herodes & anna et  
cayphas: sicut dicit p̄pheta dauid psalmo secūdo.  
Consurrexerunt om̄s reges terre & maiores cōtra



deum et contra xpm eius. Reges. s. predicti maioris  
sunt patres nostri. Et dñe timeo qđ iste Iesus sit il  
le cōmutatus et venditus pro argento de quo loq  
tur Zacharias ppheta et Amos & alii prophete  
de quo etiam dixit Ysaïas prppheta capto liii. De  
ponet omnes iniquitates et orabit pro infidelibus  
Timeo ergo dñe mi : qđ iste Iesus sit ille iustus de  
quo dicit dauid in psalmo lxxiii. Delectati sunt in  
animam insti:z sanguinem innocentis destruxerūt  
Et propter hoc destruet illos deus et disperget eos  
dominus deus noster. Etiam dñe mi timeo: qđ iste  
sit ille iustus de quo loquitur Ieremias propheta:  
ca. ix. cuz dixit. Quis est vir sapiens qui intelligat  
hec. homo est & quis est ille qui intelliget eum. Itē  
Ieremias capto quarto trenoꝝ dixit. Spūs vultus  
nostri cristus deus captus est pro peccatis nostris  
cui diximus. In vmbra tua viuemus inter gentes.  
Timeo etiam dñe mi: qđ iste sit ille iustus de quo  
deus dicit. per os Zacharie prophete capto xiii. Di  
cetur enim ei in illa die que sunt iste plage in pal  
mis tuis: et respondebit his plagatus fui in medio  
domus mee inter illos qui dilexerūt me: & leuabit  
ensem pastor meus contra me. Idem ca. xii. Aspici  
ent me in die illa: & illū quē transfixerunt: & plan  
gent sup illū quasi planctū vnigeniti. Timeo etiā  
domine mi: qđ iste sit iustus ille de quo dicit Aba  
cuc iii. capto. Cornua in manibus eius ubi abscon  
dita est fortitudo eius. Et cum prophā concordat



euangelium cristianoꝝ vbi narratur mors cristi  
cum dicit. Cum autem venissent ad cristū inuene  
runt eum mortuū. Et extendens vnus ex eis lance  
am suam transfixit eū. Paueo dñe q̄ sit iste de quo  
dicit Abacuc propheta cap̄o iiii. Egressus es dñe  
saluare populum tuū cum cristo tuo.

**Q**Xpauesco super his dñe mi z timeo: q̄ fu  
erit ille iustus interfectus sine peccato de  
quo loquit̄ ysaias prop̄ha: et q̄ iste sit ille  
iustus venditus pro argento propter q̄ dicit de⁹  
per Amos prophetam: q̄ in testimonium quarti  
sceleris nō transferet nos in terrā promissionis am  
plius. Videť etiam dñe mi sn̄ia Danielis prophete  
que scribit̄ nono cap̄o cōpleta eē ubi dicit. Postq̄  
cōsumate fuerint xlii. ebdomade occidetur cristus  
& tunc veniet populus cū principe venturo: et de  
struet ciuitatem z domū: et cōminuet eam & con  
taminabūt eam & auferetur sacrificiū: et erit cōsu  
mata destructio desolationis perpetue. Et non est  
dubium dñe mi q̄ destructio desolatōis p̄petue ē  
captiuitas ista in qua nos sumus: iaz sunt mille an  
ni: et aperte dicit dñs deus p̄ p̄phetam q̄ erit de  
solatio perpetua post occisionem cristi: sicut est de  
solatio n̄ra postq̄ Iesus fuit occisus: nec cōminatus  
est deus nobis desolationem p̄petuā: nisi post occi  
sionem cristi. Et si volumus dicere q̄ ante mortez  
Iesu fuimus in desolatione ista: respondent nobis  
cristiani: q̄ ante illam mortem non fuit desolatio



nisi lxx. annorū. et post hec fuimus reducti ad ter-  
ram promissionis: et fuimus apud deum in gracia  
et honore. Certe dñe mi ego non uideo euasionem  
contra prophetaz istū quia de facto pbatur nobis  
q̄ post reedificationem templi fuerunt complete  
xlii. ebdomade: que sunt anni. cccc. xxxiiii. tunc fu-  
it iesus occisus a patribus nostris. Et postea uenit  
dux. s. Titus et populus romanus 2 fecerunt nobis  
sc̄dm prophetiā istam: hodie sunt mille anni. & ni-  
hilominus si est ita: dei sumus et in ipso speramus  
Et si dicamus q̄ messias nōdum uenit: sed cito vē-  
turus est: et habebimus terram promissionis: et re-  
edificabimus ciuitatem & habebimus grām dei et  
honorem in terra nostra: et ista desolatio non erit  
ppetua. Respondebūt cristiani: q̄ adhuc ergo ma-  
net nobis occisio cristi et euentus Titi z populi ro-  
mani: et desolatio peior q̄ ista in qua sumus iā mil-  
le annis. Heu mihi dñe mi nec est excusatō nec eua-  
sio consona. Sed tamen quicquid contingat dei su-  
mus in omni casu et in eo speramus.

**O** Imeo dñe mi q̄ cristus iam uenit: et iam  
compleuit primū aduentū suum: quia in  
scripturis nostris inuenimus duplicem il-  
lius aduentum. Primus aduentus cristi describitur  
a prophetis in paupertate et humilitate. Secundus  
in gloria z maiestate. de utroq̄ aduētū pponā illa  
que mihi occurrūt. De primo aduentu dixit deus  
p̄ os Zacharie pp̄he ix. cap̄o. Letare filia syon:



Ecce preceptor tuus venit pauper equitans a sinu.  
Et in isto aduentu describit eum Ysaïas despectum  
Daniel: occisum. Zacharias et Amos: venditum:  
et tamen fuerunt cōpleta iam omnia que in isto li  
bello scripsi et scribam. Et Ysaïas dixit Non repu  
tauimus nō cognouimus eum: sed despeximus euz  
et preualuimus contra eum: Sed gloria eius et maie  
stas eius erit manifesta in secundo eius aduentu:  
quando ignis et flamma p̄cedent eum: et exardescant  
et inflāmabunt in circuitu eius inimicos eius sicut  
dicit deus per os prophetarū dauid & ysaie. Et cō  
sidero domine mi: q̄ xp̄us non iudicabit aliter q̄  
cum igne ad mortem: quia nos interfecimus om̄es  
prophetas qui annūciauerunt nobis de illo p̄ ut d̄s  
testificatur contra nos per os Helie in iiii. libro re  
gum. Et sic interfecimus istū iustum p̄pter quem  
sumus in ira dei sine fine. & tamen dei sumus.

**D**omine mi: Deus apte describit duos ad  
uentus cristi per os Ysaie prophete c. lxi.  
cū dicit. Consurge consurge brachiū dñi  
Bis dicit consurge propter duplicē eius aduentuz.  
& sigillatim et clare primū cristi describit aduen  
tum q̄tum ad passionē z ad deiectionē ca. L. et c.  
liii. per totū et specialiter cum dicit. Vidimus euz  
& non erat ei species neq̄ decor. Primū etiam ad  
uentum eius Ysaïas describit c. ix. cū dicit. Et vo  
cabitur fortissimus gigas potens: super thronum



dauíd sedebit ut confirmet illum ab initio usq; in  
sempiternū. Zacharias autē describit ipsum paupe  
rem et sedentem super asinū ca. ix. Et quid aliud ē  
hoc nisi qđ propheta iste describit primū eius ad  
uentum in humilitate. Et ysaias secundū eius ad  
uentū cum potentia et maiestate. Sic etiam scribit  
eum Daniel c. vii. vbi dicit. Considerabam et ecce  
in nubibus celi in similitudinem filii hominis uenie  
bat et appropinquauit ad antiquū dierū: et sede  
bit coram ipso: & datum est ei regnum et honor et  
potestas: & omnes gentes et lingue adorabunt euz.  
potestas eius potestas eterna non deficiens: et reg  
num eius manebit in eternū. Et manifestū est dñe  
mi: qđ in secundo aduentu sedebit cristus ante anti  
quū dieꝝ qui ē deus ad iudicandum sicut sedit in  
primo aduentu ante patres nros iudeos vt iudica  
retur. & istos duos aduentus messie. i. cristi innuit  
Dauid ppha in psalmo cū dicit. Quoniam venit:  
qm̄ venit iudicare terrā: ppter primum eius adue  
tum qui fuit simplex dicit. Quoniam venit. prop  
ter secundū qđ erit in psona dixit. Quoniam ueit  
iudicare terraz. De secundo eius aduentu loquitur  
Zacharias propheta: capitulo quarto cum dicit.  
Impriment vestigia pedes eius super montem oli  
ueti. Et nos dñe mi nō dicimus qđ deus in essentia  
et natura sua habeat pedes nec carnem: nec ista q̄  
corporis sunt: sed pedes habere conuenit creature  
corporee. Dicit enim Dauid propheta quod supra



etiam allegatum est loquens de secundo eius adue-  
tu. Ignis in conspectu eius exardescet et in circuitu  
inimicos eius. Sed nos non dicimus q̄ deus sit cir-  
cūspectus q̄ aliquid possit esse in circuitu eius inq̄-  
tum deus. Sed iste auctoritates et similes habēt ve-  
ritatem ad lram in illo iusto quem prop̄he descri-  
bunt: nunc loquentes de eius humilitate: nunc de e-  
ius maiestate. Et hoc loquitur malachias c. iiii. cum  
dicit. Ecce dominus ueniet: z quis poterit stare an-  
te aduentum eius: ipse est quasi ignis conflans et se-  
debit ut liquefaciat argentuz et auz. Ecce q̄ iust⁹  
ille qui fuit iudicatus qualiter ueniet in secūdo ad-  
uentu. Et attende dñe mi qualiter describit eū pro-  
pheta in eodem tercio capitulo cū dicit. Tunc ego  
ueniam et intrabo in iudicio ad eos: z ero testis ue-  
lox super adulteris et malis et p̄uis: & super illis q̄  
defraudant mercedem mercennarii: & humiliant  
pupillos et viduas: et opprimūt peregrinū et pau-  
perem. Et idem dñe mi describit prop̄ha Ezechiel  
cum dicit. ca. xxxiii. vbi loquitur de pastoribus &  
ouibus dicit. Ego separabo ab eis. s. a iustis trans-  
gressores et incredulos: hoc nō habet translatio no-  
stra: sed in arabico dicit sic. O domine mi: ecce q̄  
in secundo aduentu separabit incredulos de medio  
iustorum: sicut dicūt Malachias & Ezechiel clare.  
Et in primo aduentu nemo cognouit eum: quia



non exiuerat limites humane nature sicut deus dixit per os Ysaie prophete. capitulo quinquesimo tercio. Et cum iniquis deputatus est: propter hoc non reputauimus eum. Et Ieremias dixit decimo nono capitulo. Ipse est homo & quis scit eum. Et timeo domine mi: quod patres nostri in primo aduentu Messie defecerunt et errauerunt: & propter hoc sumus in ista captiuitate que non habet finem. Et tamen quicquid contingat dei sumus: & in ipso speramus.

**D**omine: Paueo ne iste iustus qui iudicaturus est in ipso aduentu suo secundo quod ipse fuit saluator in primo aduentu: quoniam propheta dicit de illo in psalmo nonagesimo septimo. Notum fecit dominus salutare suum: et in conspectu gentium reuelauit iusticiam suam. Et adhuc dicit Ysaias capitulo duodecimo. Haurietis aquas in gaudio de piscinis saluatoris. quod dictum secundum videre meum intelligitur de baptismo. Iam in primo aduentu saluauit per aquam: & in secundo iudicabit per ignem. Et de isto saluatore domine mi: dicit Iob xix. capitulo. Scio quod redemptor meus uiuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum: & in carne mea oculi mei videbunt deum meum.



Attende dñe mi q̄ vocat saluatorem istum deum  
Constat autez q̄ oculi carnis non videbunt dei ef-  
sentiam: habemus aut̄ sc̄dm̄ scripturas: q̄ saluator  
est iste iustus de quo est sermo. Qui solus potest di-  
ci uere iustus: quoniaz nullū pccm̄ fecit sc̄dm̄ q̄ de  
illo deus testificatur per os ysaie prop̄he. Et nec  
de moyse nec de aliquo prophetaz dicitur q̄ sit  
saluator iustus et sine peccato: quia moyses pecca-  
uit et omnes alii prophete peccauerunt sicut z uos  
scitis dñe mi. Et idcirco nullus eorū vocatur salua-  
tor iust⁹ in scriptura Sed illud nom̄ soli illi serua-  
tur: et sine dubio nō saluantur nisi qui credunt pri-  
mū aduentū suum: et illi qui non credunt non ha-  
bent causam aliquā q̄ saluentur ab illo in secundo  
aduentu eius: sed digni sunt morte. quia si digni e-  
rant morte illi qui nō credebant moyse et non obe-  
diebant ei qui fuit peccator: q̄tomagis digni sunt  
morte & igne illi qui nō credunt: uel etiaz blasphe-  
mant iustū istum et dñm: et qui peccatū nesciuit  
vnq̄. Quicquid aut̄ contingat nos dei sumus.

**D**omine nos inuenim⁹ in scripturis q̄ cri-  
stus exaltabitur de terra ad celū. et ego ti-  
meo q̄ illud sit completuz in isto iusto q̄  
fuit interfectus a patribus n̄ris. et de ista eius exal-  
tatione dicit dauid propheta in psal. xxiii. O mag-  
nates aperite portas principatus ur̄i: et eleuamini  
porte eternales et introibit princeps glorie. Et at



tende dñe quid respondēt eius angeli in celo. Quis  
est iste princeps glorie. Et ipse respondet illis. Do  
minus virtutū et in bello fortis. Et cōstat dñe mi:  
qđ iustus iste dominus virtutum non habuit p̄liū  
nisi in primo aduentu suo: quia quando sedebit ad  
iudicandū ignis in circuitu eius exardescet & inflā  
mabit inimicos eius: et cōflabit iustos per ignem  
quasi argentum et aurū: & hoc in ultimo eius ad  
uentu. Nullus preliabitur tunc contra illum nec lo  
cus est pugne. Adhuc de istius iusti exaltatione di  
cit Ysaïas cap. lxxiii. Quis est iste q̄ venit de edom  
rubris uestimentis de bosra: quia est iste formosus  
in stola sua. Et respondet iustus iste. Ego qui lo  
quor iusticiam & ppugnator ad saluationem. Et  
dicent ei angeli. O domine: cur ergo rubrū est ve  
stimentum tuū sicut calcantis torcular. Et rñdens  
dicet illis. Torcular calcaui solus et non erat homo  
mecum. Vide dñe mi q̄ proprie loquitur Ysaïas.  
Et timeo qđ responsio istius iusti ad angelos: non  
tangit nisi nos maxime cū dicit. Calcaui eos in ira  
mea donec aspersus est sanguis eorū super indumē  
ta mea: sed dies ultionis in corde meo: et annus re  
tributionis mee uenit. Quid ergo possum sperare  
in iusto isto dñe mi: vbi scimus ipsum de nobis an  
gelis fuisse conquestū in celo: et notificauit eis qđ  
ipse calcauerat torcular solus. Et qđ aliud ipse cal  
cauit in ira sua nisi nos qui post bellum quod ha  
buit nobiscū ī primo aduentu suo prostrati sum⁹



ab eo et calcati sumus iam mille annis. Et adhuc  
restat in ultimo eius aduentu dies ultionis et annus  
retributionis in corde suo. Utinam domine mihi: quan-  
do interfecimus ysaïam: deleuissemus istam auertem  
predictam de propheta sua quod nunquam legeretur ab aliquo.  
Et etiam quod David propheta vocat bellum cum dicit  
dominus virtutum fortis in bello. hoc Ysaïas uocat tor-  
cular. heu nos bibimus mustum illud: de quo etiam  
dicit Iacob patriarcha et propheta: ut habetur in  
libro generationis creaturarum ca. xlvii. de iuda. La-  
uit stolam in sanguine uue: sicut factum est a nobis  
in primo aduentu messie. Sed quid erit in aduentu  
eius ultimo quando homines stabunt coram homi-  
ne iudicante. In circuitu eius erit ignis paratus ad  
deuorandum illos contra quos tulerit sententiam. Tunc  
non erit tempus belli: nec iam in torculari calcabi-  
tur. quia extunc non erit locus penitendi nec refugii  
sed iusticie: ut sicut ipse iudicatus fuit sine peccato  
quod non inuenimus in eo. sic etiam iudicet pecca-  
tores. Dixit autem deus in prophetia Salomonis pro-  
uerbiorum xii. Quando iustus recipiet iudicium ubi  
erunt impius et peccator.

**Q**uando timeo domine quod hec que dicta sunt tes-  
timonia prophetarum de illo iusto quod .s.  
venditum fuerit pro argento: ut dixit Amos  
ii. ca. quod calcauerit torcular. ut dixit ysaïas: quod gesse-  
rit bellum cum patribus nostris sicut dixit David psal-  
xxiii. quod captus fuerit in peccatis nostris. sicut dixit



Jeremias: q̄ vulneratus fuerit ī palmis suis. Sicut dicit Zacharias. Sup̄ cuius uestem miserūt sortem vt dixit dauid p̄ph̄a. Et q̄ ascenderit in celū. sicut dicit idem p̄ph̄a & alii. Et hec cū nō cōueniant deo in essentia sua siue natura diuina sc̄dm̄ quā nec resurgit nec exaltat̄: nec sedet nec descendit. Et q̄a que dicta sunt corpalia sunt. manifestū est q̄ iam venit ille iustus: cuius nature corporee hec predicta et similia poterunt cōuenire. Si aut̄ tibi uideatur forte durū credere dñe mi q̄ homo corporeus ascēderit in celū audi auctoritates et exempla que mihi occurrunt de scriptur̄ n̄ris. Super hoc enim dixit dauid p̄pheta de illo. Ascendit dñs in altum: & saluauit captiuitatem dedit dona hominibus. dixit etiam in psal. lxxvii. Iubilate deo et glorificate nomen eius: iter facite quia ascendit de ptibus occidentis dominus nomen illi. Adhuc etiam dñe mi dixit idem propheta psal. lxxvii. quez tu habes ī corde. Iubilate deo qui ascendit sup̄ tronū celi ad orientem. Et de illo dixit Ainos in ca. ix. Dñs est q̄ edificauit in celo sedem suam. de ip̄o dixit dauid ī psal. lxxvi. Ascendit de⁹ in iubilo & domin⁹ in uoce buccine. De ip̄o dixit z asserit propheta in ca. iiii. Vidi hominez ascendentem de corde maris et puenit usq̄ ad celum. Et quia nō habemus istum prophetam: omisi multa scribere que allegat sup̄ hoc. Dixit etiam Moyses in cantico. Leuabo ad celum manum meam Deuteronomii tricesimosecundo.



Consurge consurge brachium domini. De isto etiā  
dixit Anna mater Samuelis prophete primo regū.  
caplo ii. Dominus dabit impium regi suo: et subli  
mabit cornu cristi sui. Dauid etiam dixit Ascen  
dit dñs super pennas ventorum. z he auctoritates  
occurrunt mihi ad probandum exaltationem xp̄i  
corporalem usq; ad celum. et sunt plures alie quas  
tu dñe bene scis. Nunc etiāz exempla aliqua addu  
cam de lege nostra: quia uidetur multū z nobis cō  
ueniens credere: q; homo in corpore ascenderit in  
celum & hoc propter considerationem. Nam in le  
ge et prophetis inuenimus: q; deus verus et glori  
osus assumpsit de terra et eleuauit plures sanctos  
viros patres nostros: & si de istis non dubitamus  
propter eoz sanctitatem & propter testimonium  
scripture: quare dubitamus de ascensione istius ius  
ti in corpore et in anima. cui scriptura p̄hibet ma  
ius q̄ illis testimoniū sanctitatis. et qui durius bel  
lum sc̄dm scripturas sustinuit. et plures temptatio  
ne s̄ q̄ aliquis de predictis. Et propterea dñe mi si  
ne exēpli positione scis q; Enoch z Helias iusti fue  
rūt & assumpti a dō de mūdo isto in corpibus suis  
De Moyse etiā nō ē dubitandū qn sit in celo ī cor  
pore et in aīa. nā dicit̄ deuteronomii xxxiii. c. dixit  
dñs ad moysen. Ascēde ī mōtē nocte z morere ibi.  
Ascēdit ī mōtē z mortu⁹ ē ibi. et nesciuit hō sepul  
cruz illi⁹ usq; ad hāc diem: & propterea ignotum  
in terra: cū ip̄e fuerit p̄ph̄a maior & sanctior aliis



nisi q̄ deus resuscitauit illum et assumpsit eum in  
corpe & anima sicut alios iustos predictos assump  
sit & eleuauit ad locū ubi sunt: nec nos debem⁹ mi  
rari super hoc. s. q̄ aer iste leuis et subtilis possit  
portare taz corpora grossa et ponderosa: quia nos  
scimus q̄ aqua que est similis in raritate aeri quā  
do placuit potentie om̄ipotentis portauit corpora  
filiorū isrl̄ in eorū exitu de egipto: et quando fuit  
deo acceptum sacrificiū: ignis descendit de celo &  
eleuauit et portauit corpora pecudū et boum que  
offerebantur deo. Moyses autē et helias propheta  
uerunt de illius iusti eleuatione z alii p̄phete: vn  
de non oportet q̄ simus credentes circa eleuationē  
dictorū sanctorū: & simus increduli circa ascensio  
nem illius iusti et domini in celū de quo sunt testi  
monia in celis & scripturis sicut dictū est: et plura  
que induci possunt: quia satis apparet quia de⁹ as  
sumpsit predictos scōs de quibus nullus dubitat.  
Et ad finem disponit corda hominū: ut de ascensi  
one illius iusti non dubitarent. Est autē alia causa  
quare de ipso dubitant nostri: quia aduentus eius  
primus fuit occultus et modus insolitus: sicut dicit  
Ysaias cap̄o viiii. Homo est in ea & quis cognos  
cet illum. Qui propheta etiam dixit. Virgo conci  
piet et pariet filium: vbi est aduertendū q̄ tacet  
de patre: z propter hoc scōm q̄ alibi dicit ysaias  
ca. liii. Non reputauimus eū. Et ca. xxxi. dicit. Sig  
num nouū creauit deus super terrā: mulier circū



dabit virum. Dicit etiam Micheas v. ca. Propter hoc dabit eos deus usq; ad tempus in quo parturiens parturiet. Et est notandum q; non facit propheta mentionem de marito istius parturientis cū inq; natiuitatem istius iusti qui solus natus est per insolitum modū cursumq; carnalem qui est ex mare et femina: sicut de illo predixit deus per os ysaie caplo vii. cum dixit. Audite domus dauid: Deus dabit uobis signum. virgo concipiet & pariet filium zc. Econtra vo: omnes aut alii sancti predicti sunt de femina et viro carnali concepti in peccato et fuerunt pccōres: et ipse Moyse sanctior aliis prophetis peccauit: et confitetur per os suū se peccasse. De iusto autē isto dicit ysaias caplo liii. Qui nunq; peccauit: nec inuentū est mendatium in ore eius. De aliis sanctis omnibus dixit deus p os Iob. caplo xxv. In omnibus sanctis suis nō est inuent⁹ sine prauitate. Et Ieremias prop̄ha dicit. ca. xvii. Corda hominum praua.

**O** Imeo dñe mi: q; sit cōpletum in nobis qd̄ dixit deus per ysaiam prophetā. Cecidit cecitas super isrl̄ quousq; itrauerit gētiū plenitudo. Et itez dicit c. vi. Audientes audient & non intelligent: & videntes uidebunt & nō cognoscent: corda istius gentis sunt ingrossata. Et eodez caplo. Exceca cor popli huius et obscura aures eius: ne forte adiscant et cōuertantur ad me



et sanem eos. Et dixit ysaias. Usquequo domine. &  
dixit dñs. Quousque sint ciuitates deserte: et maneant  
domus sine habitatione. Dicit etiam Daniel xii. ca.  
Claude sermones et inuolue prophetiã. Et Jeremi  
xvii. ca. Peccatum iude est scriptum stilo ferreo in  
lapide adamantino: et extensum super altitudinem  
cordis eorũ. Et ysaias p̃mo c. Cognouit bos posses  
sorem suum: & asinus presepe domini sui. populus  
autẽ meus nõ intellexit. Et Jeremias viii. Miluus  
et irundo et ciconia sciũt tempus aduentus sui: po  
pulus autem meus non eognouit. Et hec omnia di  
cta sunt propter nos dñe mi: quia nos non cogno  
uimus aduentũ istius iusti domini. Et de nobis di  
xit deus per ysaiam ca. xliii. Elongate foras gentẽ  
cecam et hñtem oculos et habentem surdam aurẽ  
Ecce omnes gentes congregate sunt Et quid volu  
it dicere propheta per hec uerba nisi quia deus re  
pulit nos quia non cognouimus tempus istius iu  
sti sancti. Et aggregauit ad se gentes in fide loco  
nostri: super quo ait admiratus Dauid in psalmo  
septuagesimosexto. Hec est mutatio dextre excelsi  
Nos tamen dei sumus domine mi in casu nostro z  
in captiuitate ista que non habet finem in qua su  
mus: iam sunt mille anni. Et hoc tamen non acci  
dit ita male patribus nostris qui adorauerũt ydo  
la: & qui occiderunt prophetas: et transgressi fue  
runt legem ex toto.



**O** Imeo dñe mi: q̄ propter hoc q̄a non cre-  
dimus in isto iusto: q̄ idcirco accidit no-  
bis: et completū est illud quod dixit deus  
per os Ysaie cap̄o xxix. Erit uobis p̄phetia tanq̄  
verba libri clausi qui dabitur lectori Et dicet. iste  
liber clausus est nescio quid est in eo: tunc dabitur  
nescienti Irās et dicet non sum lector ego: & clau-  
sura libri est maior dom̄e mi q̄ clausura qua deus  
clausit corda nostra. Iam sunt mille āni: nos possu-  
mus cognoscere per prophetiam nobis traditam a  
prophetis super aduētū istius iusti: propter quod  
alibi dixit idem propheta. Desolabit ier̄lm et cor-  
ruet domus sancta: dixit etiam terra vestra deser-  
ta est: ciuitates vestre succense sunt igni: & rema-  
nebit sicut tuguriū. vinea dissipata est sicut est ho-  
die dñe mi: et iam sunt mille anni. Dicit etiā Ysai-  
as xxv. cap̄o. Domine deus exaltabo nomen tuum  
qm̄ posuisti ciuitatem in tumultu & domū in con-  
fusione: ut nō sit usq̄ in sempiternū. Et xxx. c. dicit  
Conteret populuz contritione vasis fictilis in quo  
non remanet pars ad portandū carbonem ignis:  
nec ad hauriendam guttam aque. Completum est  
etiam dñe mi quod dixit daniel xx. cap̄o. Postq̄ fu-  
erit occisus cristus remanebit desolatio perpetua:  
in qua desolatione sumus: iā sunt mille anni. Dixit  
tam̄ Ysaias xxiiii. c. Relicta est in vrbe solitudo: &  
sibilabit terra eoz̄ sibilō usq̄ in sempiternū. Et di-  
cit etiam Ieremias vi. c. Argentū reprobū vocate



illos quia deus proiecit eos. Dicit etiam ysaïas. L. ca. Ambulate in lumine ignis vestri:z in flammis quas succendí uobis. in quibus flāmis nos fumus: iam sunt mille anni. Dicit etiaꝫ Amos i. capto. Domus isrl̄ cadet: & non est qui erigat eam. Et videt̄ mihi dñe mi q̄ deus duxit nos super ruinam istaz post aduentū iusti huius: post queꝫ nullus propheta surrexit in nobis nec surget: quia sic prophetizatum est nobis. nos manemus in incredulitate non recipientes fidem illius: sed negantes. dixit etiam Osee primo ca. Cū accubuit mulier super terram & peperit filiū. Et dixit deus. voca nomen eius sine mīa: quia non miserebor populo huic. Et si de⁹ proiecit nos & nō miserebitur nostri vt expti sumus: iam sunt mille anni: que utilitas est nobis habere legem et circūcisionem et sabbatū. Dixit etiaꝫ Ysaïas liii. ca. Educ foras populū cecū sicut eduxit nos de terra nostra deus verus et gloriosus: iam sunt mille anni. Dixit etiā xxvi. c. Vet⁹ error abiit Et quid est antiquū nisi lex nostra q̄ recessit a nobis. dñe mi cum rege: cum sacrificio: cum incenso: cum altaribus: et quid peius nobis poterat euenīr̄ quid est qđ nos expectamus. Nōne uidemus q̄ disperfit nos per q̄tuor partes mundi in dispersionez sicut predixit nobis Moyſes Ieremias ysaïas z alii prophete. Et tamen nos dei sumus: et ad ipsuz currimus in omni euentu.



**G** Imeo dñe mi cum nos dicamus inter nos  
Ego et ego etiam sumus filii Iacob et isrl̄  
q̄ iam completū sit illud quod deus dixit  
per os ysaie. c. lxxv. Interficiet te deus o isrl̄ et voca  
bit seruos suos nomine alio. Paueo q̄ cristiani sint  
de illis seruis dei quibus debet imponi illud nomē  
sc̄dm quod dixit Moyses deuteronomii. xxvi. ca.  
Erunt gentes in capite : et populus incredulus in  
cauda sicut nos sumus: iam sunt mille anni. De ill̄  
etiam dixit ysaias xi. ca. Replebitur terra fide dei  
et redundabit sicut aqua maris. Et de illis dicit Sa  
lomon propheta tercio Regū. viii. ca. In orōe dñe  
deus cum venerit alienigena ad domū sanctā tuā  
et inuocauerit nomen sanctū tuum benedictū: ex  
audies eum domine deus meus vt discat vniuersa  
terra nomen tuum timere sicut populus tuus isrl̄.  
in quo gloriamur dñe mi: et quare contempnimus  
gentes: ex quo Salomon propheta fecit eos in timo  
re dei participes et in domo sc̄a : & forte nos tanq̄  
indignos deiecit deus de illa domo: z dedit eā istis  
Et d̄ istis etiā moyses in iii. libro leḡ xiiii. c. Hec di  
cit dñs deus Replebitur terra tota gloria domini.  
Et de ips̄is dicit dauid in psal. xxi. Preueniēt et cō  
uertentur ad dñm vniuersae fines terre : et ville &  
nationes. De ips̄is etiam dixit ysaias p̄pheta lx. ca.  
O domus dauid sancta: venit lumen tuū et gloria  
domini super te orta est: & ambulabunt gentes in  
lumie tuo et reges in splendore ortus tui. Leua in



circuitu oculos tuos et vide. Omnes iste gentes cō  
uenerunt et congregatae sunt et filii extranei edifi-  
cabunt muros et principes eorū seruient tibi. z qui  
sunt isti filii extranei dñe mi qui uenerunt ad do-  
mū dei nisi gentes qui seruiebant ydolis erant ex-  
tranei a deo: ipsi et principes et reges eorū de qui-  
bus dixit deus: q̄ ambulabūt in lumine domus scē  
& nos sumus in tenebris extra illam: et iam sunt  
mille anni. Dixit adhuc idem propheta de illis lxxv.  
ca. Ecce gentem quā nesciebas uocabis: et nationes  
que te non cognouerunt ad te uenient. Sic de facto  
videmus hodie sunt mille anni: quia cristus nobis  
missus scdm legem nobis datam uenit: et gentes q̄  
legem non nouerant uenerūt ad eum: et ipse dedit  
eis legem nouam puram z sanctā. Et Abacuc xlv.  
ca. Concordauerūt gentes et reges eorū congrega-  
ti in fide dei. Et timeo dñe mi de illis fuisse dictuz  
eodem capitulo. Congregamini et uenite omnes q̄  
saluati estis per dñm ex gentibus. Et de populo di-  
xit ysaias lv. c. Et sciuerunt de me qui non interro-  
gabant de me: et inuenerūt qui nō querebant me.  
De ipsis etiam dixit Ieremias tercio capitulo. Con-  
gregabuntur omnes gentes in nomine domini in  
domo sancta: et non ambulabunt ultra in prauita-  
te cordium suorum. De ipsis etiam dixit idem pro-  
pheta: decimosexto capitulo. Ad te gentes ueniēt  
ab extremis finibus terre et dicent. Non edifica-  
bunt patres nostri: nisi mendaciū & iniquitatem.



Et de ipsis etiam dicit Sophonias iii. capitulo. Datum est gentibus vt loquerentur simul in nomine domini z seruient ei humero uno om̄is homo de loco suo et om̄es insule gentium. Et de illis dixit Zacharias. ii. cap. Letare domus syon quia ego ueniā ad te & habitabo in medio tui. In illa die appropi quabunt deo gentes in multitudine sua. Dicit etiā idem in eodem capitulo. Hec dicit dominus deus exercituū. venient gentes multe de loco ultimo & dicet vir ad vicinū suum. Vadamus et queramus dñm deum in bono. Et ista domine mi completa sunt et complent̄ in oculis nostris : de plano vides populos et linguas legeñ libros legis et prophetarū omniū et psalterium dimissis ydolis suis. nullus ex eis credidit per manuz Moysi neq; Aaron nec aliquis prophetarū nostrorū. nec aliqui uenient de fide ad ydola ab illo tempore quo crediderunt iusto illi. de quo dicit abacuc proph̄a. iii. ca. Egressus es domine ad salutem populi tui ad saluandum cum cristo tuo.

**O** Imeo dñe mi: q̄ deus victor et gloriosus qui viuificat istas gentes per fidem : q̄ interficiet nos in incredulitate nostra sicut dicit ipse per os ysaie prophete lxxv. capto. Pro eo q̄ vocaui: et non respondistis hec dicit dñs deus. Ecce serui mei comedent z vos esuritis. Ecce serui bibent et vos sitietis : isti serui mei gaudebunt in exultatione cordis: et vos confundemini p̄ amari



tudine cordis: & interficiet te deus o israhel: et uocabit seruos suos nomine alio in quo benedicet deus illis qui benedictus est super terram amen. Et uideamus redemptos istius nominis benedictos a domino super faciem terre: et nos dispersos in captiuitate per quatuor partes mundi hodie sunt mille anni. Et apparent in nobis expresse uestigia ire dei: non ad castigationem: sed ad destructionem. et illa est interfectio qua deus comminatus est quod interficiet israhel. Et iste gentes vicinales uel vicine quas uocat seruos receperunt nomen quod deus promisit: sed non ante mortem nostri nominis primi secundum ordinem uerborum dei per ysaiam. Et fames & sitis quas nos patimur non est panis: sed cordium et animarum sterilitas et fames uerbi dei et sitis sicut proprie declaratur per os amos prophete viii. ca. Ecce dies uenient dicit dominus. mittam famem in terra: non famem panis nec sitim aque: sed audiendi uerbum dei. Et tu domine scis hec plurimum quam ego. Verumtamen nos dei sumus in omnibus que accidunt nobis.

**O** In meo domine mihi quod gentes que uiuificate sunt iam mille anni sunt postquam mortuus est israhel que nihil boni habebant antequam crederent in deo et in christo eius: quia ipsi fuerunt ante nos passos illas bestias: de quibus loquitur Abacuc propheta que non habent ducem. facies hominis quasi pisces maris: & quasi reptile non habens principem. Et ipse gentes purificate per fidem habent ieiunia sua et obseruant



tias legis noue: et habent cuncta illa que ad mundi-  
ciam pertinent contenta in lege antiqua iudeorum.  
Vides quod in omni lingua et in omni angulo: et in  
omni loco in oriente et occidente gentes sunt con-  
fidentes nomen domini: et non credunt in eum per moy-  
sen: nec per aliquem prophetam quod sint studiosi in lege  
& in libris omnium prophetarum: sed deus uocauit eos  
per discipulos iusti qui egressus est cum deo ad sa-  
lutem eorum. Sicut ipse deus benedictus et gloriosus  
predixit per os abacuc prophete. & isti discipuli fuerunt  
filii nostri de filiis israel qui alio nomine uocantur apostoli.  
Valde paueo domine mihi quod isti sunt illi de quibus dixit  
deus per os dauid in psal. xviii. In omnes terras exi-  
uit sonus eorum et in extremis finibus terre expressa  
sunt uerba eorum. Et tunc propheta explicit demonstrat no-  
bis quod de istis loquitur et non de nobis. dicit quod non erit  
lingua neque sermo qui non audiant uoces eorum. & hec  
non possunt esse de lingua nostra hebraea: quia etiam gentes  
non obediunt preceptis nostris Moyse et aaron. quoniam  
ipsi. scilicet. moyses et aaron interfecerunt gentes et fugauerunt  
eas a se: et gentes sciunt hodie moysen et pro-  
phetas et cognoscunt deum et conseruant legem nouam  
sicut apostoli dixerunt eis.

**T** In eo domine mihi quod illud quod Zacharias pro-  
pheta dixit. xiii. c. Percutiam pastorem et dis-  
pergam oues: fuit completum quando nos percussimus  
pastores istorum puerorum. scilicet. apostolorum. & extunc nos omnes  
dispersi fuimus per uniuersum orbem. & isti filii nostri. scilicet.  
apostoli surrexerunt loco prophetarum quod apparet ex hoc quod



ds post illos nō misit nobis pphaz nec notificauit nobis aliquid p uisionē. Timeo dñe mi q̄ isti apli sunt illi pueri de quib⁹ dicit Iohelis. iiii. c. Senes ur̄i sumnia somniabūt: z pueri ur̄i videbūt uisionem. Certissime dñe mi: senes sunt pph̄e nr̄i q̄ somniauerunt fidez gentiū & cōsecuti sunt. Et uideēt isti pueri. s. apli. & de istis pueris dō pph̄a dicit psal. xxxiii. Venite filii audite me timorez dñi do. v. Et dō nō vocat iudeos filios ī plurali: sed solū nomiat eos isrl̄ p̄mogenituz meuz ī cōi usu loquendi. Et in psal. alio nomiat istos pueros filios cuz dicit. filii tui sicut nouelle plante de isrl̄. Dñe mi dicit ysaias. v. ea. Vineam dei exercituum fuit dom⁹ isrl̄ & expectaui q̄ ueniret cuz uis et ueit mihi cum spinis: propter hoc ego adducaz qui destruat illam ī cōculcationez. Et de istis p̄dcis filiis dei qui dicunt apli dicit ysaias xxix. c. Nō mō erubescet Iacob nec liq̄fiet facies eius: sed tunc quando uidebit de filiis suis illos quos creauerunt manus sue sc̄ificatos ante oculos suos. Et si essent filii sanctificati coram nobis sc̄dm uia legis nr̄e nō diceret dō q̄ essem⁹ ī erubescencia ppter iacob & dissoluerent facies nr̄e: imo haberem⁹ glam z splendorē: facies nr̄e confusio faciei iacob: z dissolutō ē ista q̄ isti filii quos dō creauit maū sua. s. apli sūt sc̄ificati corā nobis z nō sc̄dz legez nr̄az p quos dō dat itelligerē: q̄ lex nr̄a nō erit lex ip̄oz. Et Iere. xxxi. c. In illa die nō dicēt. Prēs nr̄i comedēt uuā acerbā: z dentes filioz stupescūt



sicut infidelitas iudeoꝝ: nec nocuit fidei a p̄forum  
nec nocebit: et propter hoc scribitur. Viuo ego di  
cit dñs: & scimus q̄ ultra istud p̄uerbium in isrl̄  
nūq̄ aliquis de ap̄lis postq̄ repulerunt fidem n̄raꝝ  
cur non sentiunt acerbitatem infidelitatis nostre:  
sicut dentes nostri obstupuerunt de peccato patꝝ  
nostroꝝ. Adhuc de istis filiis dñe mi qui sunt ap̄li  
dixit deus per os ysaie prophete. A quo transniġ  
bo nisi a populo meo: filii auteꝝ qui non erunt infi  
deles deus erit saluator eorū in omnibus angustiis  
ipsoꝝ: et vultus eius custodiet eos in caritate eius  
et in clementia sua redimet eos et propitius erit il  
lis in longitudine dierū. Verissimū est dñe mi q̄  
isti filii dei de quibus loquimur semper manserūt  
firmi: nec deus transmigrabit ab eis ab illo tempe  
quo redemit eos rex ille iustus magister eorū. Sed  
transmigravit a nobis deus et fuit semper cum eis  
Et de isrl̄ et filiis qui sunt ap̄li dicit sapiens filius  
iesu syrach in libro suo iiii. ca. Audite filii carissi  
mi et operamini ad salutē qm̄ deus honorat p̄rem  
in filiis. et q̄liter debet intelligi honor iste: declara  
uit deus per os malachie prop̄he ca. iii. cum dicit.  
Mittat deus heliaꝝ qui cōuertat corda patrū in fi  
liis. O dñe si deus cōvertere deberet corda filioruꝝ  
id est ap̄loꝝ ad patres: cū hoc itelligi debeat de fi  
de: tūc isti filii. i. ap̄li fuissent nobiscū in captiuita  
te ista que non habet finē sicut p̄res n̄ri z sicut nos  
sumus. Sed ex quo d̄s ordinauit q̄ debeāt corda pa



trū ad filios conuerti: quid est qđ expectamus dñe  
& quid p̄stolamur: & si uolumus dicere qđ alii fi  
lii debeant esse preter ap̄pos de quibus intelligant̄  
predicta: illi erunt in captiuitate et nos ex quo viā  
istius iusti nō sunt secuti firmiter et docuerūt se  
quendā. Et p̄pter hoc habent honorez p̄m in hoc  
qđ patres debent ad illos cōuerti. Cū ergo dñe mi  
filii nostri uenerint anteq̄ patres ad fidē dei si cor  
da n̄ra cōuertant̄ ad filios: corda eoz cōuertantur  
ad nos. Et sicut dixit d̄s altissimus. Erit pp̄ls vnus  
et amicus un⁹ in deo glorioso et victorioso. nec de  
bemus intelligere illaz cōuersionez nisi de infideli  
tate ad fidem et doctrinā isti⁹ iusti qđ est magister  
salutis eoz qđ credūt ī eo. Ip̄e est cui⁹ sacerdotiū erit  
scđm ordinē melchisedech sacrificiū panis et vini.  
z fuit melchisedech rex z sacerdos dei altissimi añ  
aaron. & attende dñe mi q̄ta sit d̄ra īter sacerdotiū  
Aaron & istius iusti dñi. Dixit domin⁹ dño meo:  
tu es sacerdos ineternū: nō ad temp⁹ sicut aaron qđ  
mortuus fuit centūviginti annoz. Itēz sacrificiuz  
aaron fuerūt carnes: et sacrificiū isti⁹ iusti domini  
fuit panis & vinū scđm ordinez melchisedech. In  
quibus v̄bis d̄s per pp̄ham ostendit manifeste: qđ  
sacerdotiū aaron finiretur quando incipet illud sa  
crificiū ineternū duraturū. & ordinatio sacrifican  
di scđm aaron ex toto cessaret quando īcipet sacri  
ficiū in pane et vino eternaliter duraturū. Sed quia  
de hoc dom̄ie mi adhuc hēo loqui: specialiter dicaz



aliqua pauca que mihi occurrunt de istis filiis de  
quibus dixit deus per os iesu pphete filii betheri  
primo ca. Erit locus in quo dicetur. vos estis filii  
dei uiui. Et iste locus dñe mi absq̄ dubio est ecclia  
quia prop̄ha denotat secundū locū in hoc quod di  
cit. erit locus synagoga que locus primus iam erat  
Et synagogam vocat per os moyfi et aaron et om  
niū prop̄harū primogenitū meū Sed in spūali et  
quasi quemlibet in spūali istos secūdogenitos uo  
cat propheta filios dei uiui. De istis etiam filiis di  
cit deus per os moyfi deuteronomii xxxii .c. San  
guinem filioꝝ suorū ulciscet et lauabit terram po  
puli sui. Et nos dñe occidimus prophetas: et nō fe  
cit deus vindictā de eis nisi per lxx. annos Sed oc  
cidimus ap̄los & iustū magistrū ipsoꝝ. & fecit de  
us vindictam de filiis iam sunt mille anni. Et per  
mortem ipsoꝝ lauit deus terram populi sui et nō  
dixit terram filioꝝ isrl̄. De ipsis etiam dixit dauid  
in psal. cxxvi. Sicut sagitte in manu potentis: ita fi  
lii fideles. Comparat aut̄ propheta istos filios fide  
les sagittis emissis de manu potentis quia deus om̄i  
potens misit ad duodecī ptes per q̄tuor mūdi cli  
mata cū doctrina legis z psalterii p̄pharū Moyse  
aut̄ et aaron nō misit extra domū sanctā ad docen  
dū: nō ad indiam: nō ad romā: nec ad loca alia ex  
tra domū sanctā misit eos annūciare doctrinā leḡ  
et prop̄harū Et isti sunt p̄fecti uel missi p̄ vniuer  
sum mūdū a domino: surrexerūt corā deo loco n̄ri



postq̄ deus occidit isrl̄ & nom̄ nostruz. & per istos  
inouata est lex prima sc̄dm ordinez melchisedech  
qui sacrificiū deo instituit in pane & ī vino ex qui  
bus cōmunicauit Abraham amicus dei put appa  
ret in lege v̄buz apud nos q̄ d̄s p̄ ministeriū istoꝝ  
mutauit sacrificiū n̄m sicut mutauit nom̄ nostruz  
sicut mutauit legem antiquā carnalē in legeꝝ nouā  
sp̄ualem. Et si deus dixisset nostro messie sicut xp̄o  
Tu es sacerdos in eternū sc̄dm legem moȳsi & aarō  
staret lex illa. sed dixit: tu es sacerdos ī eternū sc̄d̄z  
ordinē melchisedech. qui amicus dei cōmunicauit  
de sacrificio panis et nō de sacrificio carniū. Nos  
tamen dei sumus.

**O** Imeo dñe mi q̄ deus elongauit nos a se &  
sacrificiū nostrū: et acceptauit sacrificiuz  
gentium. sicut ipse dixit per os malachie  
prophete. i. ca. Non est mihi uoluntas in uobis di  
cit dominus nec in sacrificiis ur̄is: qm̄ ab ortu solis  
usq̄ ad occasum eius: magnū est nomen meū in gē  
tibus q̄ offerūt nōi meo sacrificiū mundū. ergo ap̄d  
deum sacrificiū gentiū cristianoꝝ mundum est &  
maḡ q̄ sacrificium nostrum. Et insuper quia deus  
priuauit nos omni sacrificio ī mundo. et ut mundo  
sacrificio et alio doceret cristianos ut ipsi vitarent  
nos et non cōtaminarentur: sicut nos uitamus gen  
tes omni tempore quo sacrificiū nostruz fuit mun  
dū apud deū et acceptū. Legas etiā tu dñe mi qd̄  
dicit d̄s ī psal. de n̄o sacrificio cū ait per os dauid.



Nūquid uidistis vos q̄ ego comedereꝛ carnes tau  
rorū: aut hircorum sanguinem biberem per quod  
manifeste apparet: q̄ ipse contempnat carniū sa  
crificium. Et vnde est nobis dñe mi hoc quod nos  
detestamur in gentibus sacrificium panis et vini  
quod statuit deus: et in nullo reprobatur sicut repro  
bat sacrificium carniū. cū Salomon propheta te  
statur vbi describit. Aaron extendit manus suas  
super altare et obtulit sanguinē vne incensum deo  
vivo. et obtulit sacrificiū n̄m de germine t̄re sicut  
Melchisedech obtulit pro Abraham. de⁹ etiam te  
stificatur per os Iesu p̄ph̄e .c .i . q̄ nos obtulimus  
ei sacrificiū cū dicit. Non offeratis sacrificium pa  
nis quoniam panes v̄ri tristicie sunt: & quicumq̄  
comederit ex eis contaminabitur. Vnde nos aliquñ  
offerebamus sacrificium panis: sed nullū est accep  
tum sacrificium deo de manibus nostris. Et de no  
stro sacrificio carnis dixit iesu p̄pheta filio bethe  
ri ix.c. Deus magis diligit pietatem et m̄iam q̄ sa  
crificium carniū. declarat etiam d̄s sacrificiū gē  
tium per moysen Leuitici xxxiii.ca. Offeretis deo  
de leuatis de area: et de expressione vne & benedi  
cat uobis dñs in omnibus & cunctis operibus ma  
nuum uestrarum. Scimus etiam domine mi q̄ de  
us mandauit in principio poni ante archam fede  
ris panes et non carnes. In exodo etiam vicesimo  
nono cap̄lo dixit Moyse Offeras hircos et cuz illis  
panes azimos: qui panes azimi sūt sacrificiū gētiū



Declarat etiam deus dñe mi hoc sacrificium in ter-  
cio libro legis xxi.ca. cum precepit aaron per moy-  
sen dicens. Homo de semine aaron sacerdotis qui  
habet maculam: nō offerat deo sacrificiū panis. Di-  
cit etiam dominus per moysen iii. libro legis iii. c.  
Offeretis deo sacrificiū de omnibus habitationib⁹  
uestris: panes duos de primiciis frugum et cū car-  
nibus arietum septem. Et primo ponit dñe mi pa-  
nes et postea carnes. In alio loco legitur quem tu  
scis dñe mi dixit deus. car⁹ et gloriosus filiis istud  
quando intraueritis terram habitationis ur̄e quaz  
ego daturus sum dñs ḡs uobis ī hereditatē: offeretis  
deo panes in sacrificiū et sacrificabitis: & hoc tan-  
tum cum farina purissima. ergo deus precepit sibi  
offerri uel fieri sacrificiū de pane et farina purissi-  
ma et acceptauit illud: & tale sacrificiū est hodie  
gentium. s. panis & farine purissime. De sacrificio  
etiam panis fit mentio primo regū xxi. c. cū dauid  
venit ad Abimalech principē sacerdotū in silo &  
petiuit ab eo panes: qui respondit. Nō sunt layci  
panes nisi panis oblatus in sacrificio quem non cō-  
uenit comedere pueris tuis quia sanctus est. hec di-  
cta sunt de sacrificio panis. z plura alia dici possūt  
que tu dñe mi bene scis. Sed quia gentes ponunt in  
sacrificio aquam: non debet nobis videri incōueni-  
ens. quia in scriptura sacra inuenimus de hoc exem-  
plum: q̄ deo fiebat sacrificiū de aqua et fuit deo ac-  
ceptum. Inuenimus etiā sacrificiū de aqua. ii. regū



xx. caplo. q̄ tres iuuenes auferunt aquam de cister-  
na que erat iuxta portam bethleem : et propheta  
obtulit illam deo in sacrificiū Ergo non est contra  
scripturam si gentes hodie ponunt aquam in sacri-  
ficio quod faciunt deo. Nos enim legimus vt dcm̄  
est q̄ Aaron fecit deo sacrificiū de pane et vino :  
et dauid fecit sacrificium de aqua: et ista tria sunt  
simul in vno. vnde sacrificiū mundū spiritualiter  
q̄tum natura partitur respectu magistri. et q̄tum  
etiam intellectus noster melius excogitare potest:  
non sunt carnes taurorū pinguiū. Helias etiam vt  
narratur in iii. regum. Infudit aquā super sacrifici-  
um carniū: & deus misit ignem de celo: et accep-  
tauit sacrificiū cum aqua perfusum magis. Helias  
etiam in figura cōmunicauit cū subcinericiis et aq̄  
cum ambulauit in fortitudine cibi illius supra id  
quod natura potest cōcedere xl. diebus usq̄ ad mō-  
tem dei oreb. Hoc etiam sacrificiū vini cum aqua  
mixtum pulcre et aperte describit deus per os Sa-  
lomonis prophete: puerbioꝝ ix. cap. cum dicit. Sa-  
pientia altissimi cōmunicauit sacrificiū suū miscu-  
it vinum suū et parauit mensaz. tunc misit seruos  
suos dicens. Qui ē paruulus veniat ad me: et insipi-  
entes comedant panem meū: & bibant vinuz meū  
temperatum aqua. Quid est dñe mi mensa parata  
sapie nisi altissimi altare. Quid est panis et vinum  
mixtum nisi sacrificiū de pane et vino et de aqua  
quod fit in altari. Qui sunt insipientes uocati per



seruos sapie nisi gentes que ignorabant deum per  
apostolos vocati. Et rōnabiliter panes suum et vi  
num suum per que inuit hoc sacrificium esse illi g̃  
tum Et ad istud conuiuū tam subtile et tam spi  
rituale non vocauit p̃res nostros qui erant occupa  
ti in sacrificio legis: qui etiam carnale sacrificium  
non dimisit nobis: sed priuauit nos illo iā sunt mil  
le anni completi quod nobis accidit per illum iu  
stum in quem peccauimus.

**Q**uando paueo dñe mi ab illo verbo qđ de  
fortis et gloriosus dixit p̃ os Malachie p̃  
phete. c. i. vbi agitur de sacrificio gentiu  
et ait. Ab ortu solis usq; ad occasu gentes offerēt  
sacrificium nomini meo. vbi aduerto qđ sacrificiū  
nostrum non fuit nisi in vno loco solo. s. in domo  
sancta precise: quo etia loco et sacrificio priuauit  
nos deus et terra p̃missionis iā sunt mille anni. vñ  
uenit sup nos cōpletū quod deus dixit de nobis lo  
quens per similitudinē p̃ os ysaie c. xxxii. cū dicit.  
Cōpleta est vindemia et nō est de cetero collectio.  
Venit igit et cōpletū est qđ dixit p̃ os malachie p̃  
phete ubi ait. Nō est mihi uolūtas ī vobis & sacri  
ficiū non accipiā a uobis. venit etiā & iam cōpletū  
est sup nos qđ dixit d̃s p̃ os ysaie. i. c. cū ait. Sabba  
ta ṽra et festiuitates uestras et sacrificium uestruz  
non recipiam quia om̃s vos estis in ira mea. Venit  
enī et cōpletū est super nos qđ dixit eodē. c. ysaias  
z ait. Quid mihi z mltitudini victimaz uestrarū



quia multiplicastis mihi sacrificiū de arietibus &  
de carnibus hircoꝝ. Ego enim contempsi sangui-  
nem vituloꝝ: carnes arietū & hircoꝝ cū presenta-  
ueritis ea coram me: et quis recipiet illas a uobis.  
A modo non deturpetis lapides meos sanctos fru-  
stra: non offeratis ultra sacrificium: qm̄ incensum  
vestrū et solemnitates vestras et sabbata non reci-  
piam a uobis: quia odiuit illa anima mea. Si eleua-  
ueritis manus uꝛas ad me auertam vultū meum a  
uobis. et si multiplicaueritis orōnem non exaudiaz  
illam: qm̄ manus vꝛe sanguine plene sunt. et omne  
sacrificium vestrū sicut cadauer fetidum. Ingressa  
porta atrii exterioris: & ille qui mihi iugulauerit  
taurum sicut qui decollauerit hominē. Et ille qui  
obtulerit in sacrificiū hircū sicut qui obtulerit car-  
nem porci. Et qui obtulerit ī sacrificiū vinū: sicut  
qui offert sanguinem porci. Et hec abhomiatio de  
sacrificiis apud deū quid aliud significat nisi muta-  
tionem sacrificii nostri carnalis et grossi. In sa-  
crificium istius iusti domini spūale et subtile qui  
instituit offerri panem loco carniū: et aquam mū-  
dam loco pinguedinis: et purū vinū loco sanguis  
et hoc modo dono spiritali et acceptabili deo: nō  
sicut animalia decollata per nos que per propham  
comparantur cadaueri putrido. Nos tñ dei sumus  
dñe mi: & ad ipsum redibimus in oībus que euene-  
runt nobis. Et quare non credimus hec dñe et hec  
que locutus est deus per pp̄ham istū. qui describit



tam euidenter de sacrificiis nostris. Dixit etiam p  
Jeremiaz. c. vii. Inuitate pximos uros ad sacrificia  
et comedite cu eis carnes sacrificioꝝ uestroru quia  
in die qua eduxi patres uestros de egipto no pcepi  
eis vbum de sacrificiis: sed dixi eis. Audite uocem  
meaz et ero vobis deus & uos eritis mihi populus.  
Si ambulaueritis in omnibꝰ q precipio uobis bene  
erit vobis: et no audierunt: nec posuerunt aurem su  
am ad deum. Et tu dne mi es de illis qui nosti hec.  
dei tamen sumus in omnibꝰ que euenerint nobis.

**O** Imeo dne mi q de ecclia et synagoga itel  
ligitur illud vbu qd describit xxv. c. pmi  
libri legis cu ait dns ds Rebecca sorori la  
ban Due gentes sunt in utero tuo: z duo populi di  
uidentur a ventre tuo. Gens gentem supabit z ma  
ior seruiet minori. Dne mi sola rebecca fuit mater  
iudeoꝝ. et gentiliu: populus maior et primogeni  
tus fuit synagoga q magna fuit honore et scia dei  
Populus secundogenitus & minor apud deum fue  
runt gētes in ifidelitate manentes & i ignorātia sua  
Sed tam dne mi: deus occidit isrlꝰ put describit ysa  
ias. Tunc rota submersa: & synagoga que fuerat  
maior seruiunt ecclie gentilium q fuerat minor vt  
cōpleretur vbum quod deus dixit rebecca. Gens gē  
tem superabit et maior zc. Dne mi de ecclia dixit  
deus per os ds prophe psal. xliiii. Astitit regina a  
dextris tuis in vestitu deaurato distinctis coloribꝰ  
adornata. Exponitur dne mi: q ecclesia gentilium



que vocatur regina diuersitas linguarum omnium que seruiunt ei est ordinata celorum distinctione. nam omnes lingue in ecclesia concordant in una expositione legis et psalterii & librorum omnium prophetarum. Sinagoga vero non habuit nisi unam linguam ad ornatum suum quasi colorem unum .s. hebream.

**G** Imeo domine mi et a vrbis frequenter inductis superius quam per malachiam prophetam .c. i. dixit deus synagoge cum ait. Non est michi voluntas in sacrificiis vestris: quia ab ortu solis usque ad occasum eius: magnum est nomen meum inter gentes quam offerunt sacrificium nomine meo mundum. Sicut de natura sua munda sunt aqua et vinum et farina pura de quibus factum est sacrificium: non indigent mutatione nec lotionem. de synagoga indigent lauare carnes sacrificiorum suorum et purgare ventres animalium quam in sacrificio sacrificabantur: et lauare locum de sanguine & de pinguedine sacrificiorum: aliter esset horror tractare. In sacrificio autem panis & vini et aqua nil apparere indecens vel turpe etiam corporaliter sumpta. Existio domine mi quod de isto sacrificio dixit deus per Salomonem prouerbiorum xviii. c. Melius est buccella puri panis cum caritate quam vitulus saginatus cum inimicia. Buccella panis domine mi pura est mansuetudo super mansuetudine: et remissio mutua offensarum. Et vitulus odii saginatus: est oculus pro oculo. et interfectio inimicorum. Ergo domine sacrificium syna-



goge est vitulus pinguis cum inimicitia. et sacri-  
ficiū ecclesie est buccella caritatis : de qua dixit  
deus. Melior est buccella panis pura cum carita-  
te: q̄ vitulos saginatus cum inimicitia. Nos tamē  
domine mi dei sumus in omnibus que euenerūt no-  
bis. Pulchre etiam describit deus ecclesiam: assimi-  
lando eam cerue per os Salomonis prouerbiorum  
v. ca. cum ait. Cerua seruiet deo carissima in hinnu-  
lo suo: verba eius inebriēt te: et amor eius delectet  
te in eternum. Synagogam posse dici ceruā aliquo  
modo non est possibile nobis exponere verbum is-  
tud: de illa presertim quia non habuit hinnulum  
vnū solum: sed hinnulos multos. Hynnuli eius fu-  
erunt Moyse et aaron: Dauid & ysaias: Ieremias  
Zacharias & Daniel: et ceteri similes. Et ecclesia ē  
deo dilecta cerua in hinnulo suo vno: de qua et de  
quo scribitur cerua carissima deo in hynnulo suo:  
scilicet in vno non habente parem in nobilitate &  
gratia. Tunc addit dñe mi et dicit. Inebrient te  
vbera eius omni tempore: et delectare in amore il-  
lius in eternum. In quibus verbis deus describit sa-  
crificiū ecclesie duraturuz omni tempore in eter-  
num. Assimilat autem deus illaz matri lactanti fi-  
lios: sed in hoc q̄ dicit inebriabo te denotat ma-  
teriam sacramenti spiritualiter q̄tum ad vinum:  
Et ubera denotat in reliquis partibus sacramenti  
cū vino qđ ē delectabile nutrimentū sufficiens 2 sc̄m:



quo sacrificio iam fruitur et delectatur ecclesia. sunt mille anni a quo tempe priuauit deus synagogam sacrificio. hinnul<sup>9</sup> aut illius nobilis in quo ista ecclesia est tam grata deo est cristus domin<sup>9</sup>: et ubera eius dant vinu perpetuu: de quo peruenit gaudium sempiternu. Non dicit q̄ dabit carnes et pinguedinem z sanguinez q̄ fuerunt laboriosum sacrificium synagoge quo deus priuauit nos iam sunt mille anni. Nos tamen dei sumus dñe mi in omnibus que eueniunt nobis. Fuit aut synagoga sicut mulier q̄ habuit alium viz suple deū. & perdidit illum & domu scā m et villas orōis: & ecclesia cerua in deserto sine marito: sed deus supplet illi. Vnde dicit ip̄e fortis et gloriosus deus per ysaiam pp̄phetam. c. lxiii. Puella sequestrate meliores sunt q̄ ille que habent virum. Idez etiam prop̄ha xliii. c. dicit sic. Ego faciam dicit domin<sup>9</sup> deus vineam z flumina magna ad dandū potum poplo meo electo. Et tu iacob non obedies: et tu israhel non audies: sicut nos domine mi sumus extra obedientiam. nec habemus aures nec oculos. Quapropter hec captiuitas nostra iam usq; ad complementū mille annoz peruenit. Et timeo domine mi q̄ de lege nostra q̄ ut furens iram habebat in p̄petuu. et dicebat oculum p̄ oculo zc̄. Et dicet cerua illa que habuit vnicum hynnulum: dixit in euangelio suo mathei. v. caplo. Qui te percusserit in vna facie statue illi alteram. Loquitur dauid in psalmo tricesimoprimo



Quia magna et quae multa dulcedo tua domine quam abscondisti timentibus te: & compleuisti eam sperantibus in te. Et est clauis domine mihi: quod populus synagoge timuerunt penas legis: oculum pro oculo quia erat in perpetuum excecatio. Sed populus eius ecclesie sperantes sunt in dulcedine dei: qui percussi in facie non reperiunt. Quia propter paruam illis deus. scilicet gentibus magnam multitudinem dulcedinis sue quae abscondit a iudeis. Sed tamen dei sumus domine mihi in omnibus casibus.

**D** Aueo domine mihi quod loquitur deus de nobis per ysaiaem prophetam. c. xxix. cum ait. Quae erunt prophete apud nos sicut uerba libri signati quem non aperit lector nisi ignorans litteras. de filiis autem superdictis quos tocians deus descripsit ut allegatum est pluries loquitur deus in eodem. c. cum dicit Manifestabunt sanctum Iacob: et euangelizabunt deum israel et accipient ignorantes prudentiam: et musici scient legem. Aperte uidemus domine mihi quod iam sunt mille anni quod ignorantes musici sciunt et docent legem nostram: & qui sunt ignorantes nisi gentiles: & qui etiam sunt musici cantantes psalterium nostrum et prophetas in ecclesiis suis: nisi cristiani de quibus musicis siue cantoribus dicit deus per os dauid psalm. xcviij. Cantate domino canticum nouum quia mirabilia fecit. Et quid est istud canticum nouum o domine mihi nisi testamentum nouum. Et de istis musicis domine mihi dicit etiam per os dauid. Cantate



domino et benedicite nomini eius . Et in psalmo  
lxxv . Cantate domino omnis terra psalmū dicite  
nomini eius . Et eodem psalmo dicitur . Conuertentur  
ad te domine vniuersi fines terre . et ibidem e  
tiam cantabūt . Dicent nomini tuo vniuerse fami  
lie terre: et nō isrl̄ singulariter . De istis etiam mu  
sicis o dñe mi dicit deus p̄ os dauid psal . lxxxviii .  
Cantabunt tibi gentes canticum in domo dei . In  
loco isto ponit cantilenaz anthonomatice: z hodie  
sunt mille anni q̄ nos iudei non cantauimus can  
ticum in domo dei . De istis cantoribus dicit dauid  
Cantabunt psalmos in domo dei in eternū . De no  
bis dicit in psalmo . Cxxxviii . Quomodo cantabūt  
canticum domini in terra aliena . Et q̄liter potest  
esse dñe mi q̄ speramus terram habere et nomen:  
cum deus dixerit per amos prophetā quinto cap .  
Cecidit isrl̄ et nō resurget . virga isrl̄ prostrata est  
et non eleuabitur . Dicit etiam propheta nono ca .  
Eueniet eis tribulatio et non saluabitur qui fuge  
rit ex eis: et si absconderit se in montez carmeli: in  
de precipitabit eos manus mea . & si descendant in  
profundū maris: illuc mittam serpentes z morde  
bunt eos . Et si abierint ad captiuitatem coram in  
imicis suis: ibi mandabo gladiū et occidet eos . Po  
nam oculos super eos in malum et non in bonum .  
Et cuz fecerit hoc nobis deus: iam sunt mille anni  
completi . & quod canticum et quem psalmum cā  
tabimus ex quo sic est .



**O**mine: deus dixit de nobis. Pona in oculos meos super eos in malum et non in bonum: sicut manifeste videmus sunt mille anni. Dixit vero de istis filiis musicatoribus per os prophete. Omnes gentes plaudite manibus et cantate deo in voce laudis. & psal. C. Iubilate deo omnis familia terre seruite domino in leticia. Introite in conspectu eius in exultatione & scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse creauit nos et non ipsi nos. Quoniam nos sumus populus eius et oves pascue eius. Introite portas eius in confessione: et in domum eius cum cantilena confessionis: et glorificate nomen eius quoniam suavis est. et misericordia eius usque in eternum. Et psalmo sexagesimo quinto. Cantate domino omnis terra annunciate de die in diem salutare eius usque in seculum seculi. Paueo domine mi ex quo deus dixit nobis per os Hieremie prophete nono capitulo. Docete filios vestros & filias uestras fletum et planctum: quoniam mors ingressa est per portas uestras. Ex quo deus dixit de his filiis musicis seu musicatoribus per os Dauid psalmo quadragesimo octauo. Reges terre et omnes populi principes et omnes iudices terre. Iuuenes & uirgines magni et parui glorificate nomen domini. Et in psalmo quadragesimo nono. In sacrificio cantus honorificabunt me: ac si aperte diceret. Non in sacrificio carniū hircorum: et in testimoniū ipsorum sicut erat sacrificiū nostrum. Cum etiam domine mi non negemus uerba creatoris nostri



qui dixit per os ysaie prophete xlix. c. Musici seu  
musicatores addiscēt scripturas: cū totuz psalteriū  
dauid sit musicali arte notatū sūmuz: acutū: et gra  
ue. his omnibus consideratis: videtur mihi q̄ nos  
erramus in hoc q̄ nos de sue laudis sacrificio iudi  
camus quod in ecclia dei exhibent ī cantando. pre  
sertim euz in lege dei de hoc inueniamus precepta  
et exempla. Dauid enim dicit. Laudate eum in ci  
thara et organo: laudate eum in cymbalis laudis:  
omnis spūs laudet dominum. hec scribuntur psal.  
L. Exemplū est etiam secundo regum vi. c. Vbi le  
gitur q̄ dauid discoopto capite saltans psallebat  
cum cythara ante archam dñi: quē temeraria Mi  
chol uxor sua visa est redarguere cui ipse ait. O fa  
tua: non me uidebit deus ante se nisi despectū psal  
lentem: filii autem isrl̄ sonabant bucinas duz trās  
ducebatur archa dei. Sed quid sumus dñe mi obse  
cro nos irridentes solemnitates eorū musicoꝝ nisi  
Micol fatua? Et qui sunt isti nisi dauid canentes  
et exultantes in deo in humilitate: presertim cum  
dicat dauid. Omnis spūs laudet dominū. Si dixissz  
omnis israhelita precipue tunc possemus aliis īsul  
tare. Et si deus fortis et gloriosus dicit per os ysaie  
prophete xi. c. Q̄ gentes sunt in cōspectu eius q̄si  
nihil. hoc intelligendum est de gentibus istis anq̄  
haberent noticiam dei per aduentū iusti: quia tūc  
erant pagani et ydolatre: non intelligi potest il  
lud verbum de gentibus que inuenerunt deum: q̄



offerunt omni die sacrificium mundum in oriente  
& occidente . sicut dixit d̄s per os Malachie pp̄he  
vt iam est superius allegatum . Et certe dom̄ie mi  
nos erramus in hoc . Attamen dei sumus in omni  
euentu quicquid nobis eueniat .

**D**Aueo dñe mi: q̄ apostatauimus a deo in  
principio istius iusti: de quo induximus  
auctoritates predictas: et cui expresse cō  
ueniunt omnia que scripta sunt apud nos in libris  
legis et prophetarū . propter quaz apostasiam sicut  
deus pretendit in longitudinem dierum et captiui  
tatem istam nobis intulit . Et si expectamus salua  
torem alium ab isto: nō prodest nobis . Nota q̄ de  
ista pagina non fuerunt exposita omnia de uerbo  
ad uerbum propter h̄miā eius incultationem . Et  
argumentum euidentis est nobis captiuitas illa que  
fuit in babilone lxx . annoꝝ : et q̄tuz ad tempus q̄a  
breue: & q̄tum ad gratiam quia Daniel propheta  
fuit captiuus nobiscum qui erat amicus dei: & per  
quem deus consolabatur nos de libertate propinq̄  
Non etiā omnes tribus fuerunt in illa captiuita  
te: sed hec captiuitas iam puenit ad complementū  
mille annorum : nec est propheta nobiscū & om̄es  
tribus . nulla excepta sunt in dispersione elongate  
a domo sancta . ex quo signū est euidentis q̄ peccatū  
est generale in om̄ibus nobis: p̄seuerabit & ira dei  
sup̄ gentē nr̄am sine spe . Et tñ expectam⁹ aliquez



alium: que expectatio nō prodest nobis. Et si uolu-  
erimus dicere q̄ hec captiuitas non est generalis 2  
q̄ aliqua tribus ē in aliqua pte mundi que habent  
regem et principem: cito poterimus scdm legem  
nostram argui de mendatio z cōuinci. Nam si nos  
iudei in aliqua parte mundi regem et principem  
haberem⁹: hoc esset de vna sola tribu. s. iuda: sicut  
deus diffiniuit sup iudā: et q̄ non esset nisi ex illa  
ietermū Vñ dixit Iere. pp̄ha xvii. c. Pccm iude scri-  
ptū ē cū stilo ferreo in lapide adamantino īfiliens  
sup corda ipōz. & illud qđ scriptū ē ferro ī lapide  
adamantino qualiter deleri expectamus: nō delebi-  
tur ineternū. Presertim cū deus fortis et gloriosus  
locutus est per os Ysaie prophete dicens sic ca. iii.  
Dominator dñs auferet a hierusalem z iuda Iudi-  
cem prophetā et principem. Et de nobis etiam di-  
xit prop̄ha filius betheri. c. iii. libri sui. Erunt filii  
isrl sine principe et sine lege. Nos scimus dñe mi:  
q̄ ab inicio mundi fuerunt aliqui magistri et san-  
cti coram deo: et in principio fuerunt longe vite:  
sicut matusalem & enoch zc. Sed nulli istorū osten-  
dit deus vitam ultra mille annos. Et nos iuenim⁹  
inter nos q̄ messias siue crist⁹ nobis promissus: fu-  
it natus in babilone tempore captiuitatis illius q̄  
fuit lxx. annoz. Et scdm hoc cristus noster haberz  
in etate mille et quingentos annos: quam fabulam  
et non prophetiam nulla ratione possumus defen-  
dere. q̄si dicat: hoc quod inuenimus inter nos: est



fabulosum et non propheticū. Hoc tamen dicimus  
et asserimus ī synagogis nostris vbi nullus cōmis  
cetur nobiscum extraneus. Sed audias cristianorū  
doctrinam publicam super illo psalmo. Lxxxvi.  
Nunquid syon dicet homo | et homo natus est ī ea  
& ipse est altissimus qui fundauit eam. In verbis  
istis propheta nominat Mariam dñatricem ciui/  
tatis | seu nomīe ciuitatis dixit q̄ homo z homo na  
tus est in ea: non dixit tali israhelite vel tali: ut in  
telligatur q̄ filius marie non fuit vnq̄ in lumbis  
alicuius hominis. Et in secundo libro regum ii. ca.  
hoc manifeste declaratur cum dicit dauid. Quādo  
expleueris dies tuos & dormieris cum patribus tu  
is suscitabo progeniem tuam post te que egrediet̄  
de vtero tuo: et ego ero illi in patrem: & ipse erit  
mihī in filium. Et nunq̄ fuit possibile domine mi  
q̄ aliquis filius egrēderetur de vtero patris sui. Sz  
hoc expresse ponit ad demonstrandum q̄ cristus  
non foret concipiendus in muliere per semen deci  
sum a lumbis viri sicut ceteri homines tam a Da  
uid q̄ ab aliis descendentes. Dixit etiam deus per  
os dauid psalmo centesimonono. Ex vtero ante lu  
ciferum genui te. ac si deus fortis et gloriosus dice  
ret de cristo suo: q̄ de voluntate sua que est spiri  
tus sanctus genuit eum: non de semine producen  
do eum. & ponit ex vtero sine semine virili preter  
cursum solitū nature. Et hoc est etiam in doctrina



xpīanoꝝ que non intrat ī capitibus nostris. et propter hoc euenit nobis illud quod nobis euenit. Describit etiam per eundem modū xp̄m nasciturum dauid cū dicit psal. lxxxviii. Iurauit dominus dauid veritateꝝ et nō penitebit eū de fructu ventris tui ponam super tronū meum.

**Q** Erte dñe mi licet nobis nō opponant cristiani dicta saracenorū et p̄cipue que traduntur in eozꝝ alcorano et in expositionibus eius: scientes quia nos non reciperemus: sic nec ipsi recipiunt: tamen ad fatigationē nr̄am esset & ad fortificationē xpīanoꝝ supplentiū si nobis opponerent illa que dicunt a saracenis de Iesu: et de beata maria matre eius. Omnes enī saraceni dicūt q̄ ip̄e est ille messias quem prophete predixerunt esse venturum: & preponunt illū machometo q̄tū ad genologiam. Fatentur enim q̄ parentes et proauī machometi fuerunt ydolatre: et de semīe agar ancille. Et dicunt q̄ messias fuit filius ysaac 2 prophetarum et iustorum in recta linea usq; ad btām Mariam virginem matrem eius.

**D**e maria vero dicitur sic in alcorano. c. de familia domar. Dixit angelus Gabriel ad Mariam. O maria: deus elegit te & docuit te gratiam & p̄elegit te super mulieres omnium seculorum: & posuit te et dotauit te gracia. et prelegit te et posuit te q̄si vnū mediū diuidēs inter hoīes terrenos z angelos dei in paradiso deliciaꝝ.



**D**icunt etiam omnes sarraceni. q̄ cristus siue messias habuit a deo potestatez facien-  
di miracula: sanandi omnem languorem  
& infirmitatem: eiciendi demonia: et suscitandi  
mortuos. & credunt omnia miracula que iesum fe-  
cisse euangelium cōmemorat: et hoc expresse testi-  
ficatur Alcoranus vbi dicit̄ in ca. predicto domar  
q̄ messias fuit et sciuit et scit omnia: et etia3 secre-  
ta cordium. Vnde uerba machometi fuerunt talia  
Sciuit Eizce. id est Iesus omnes libros z omnem sa-  
pientiam: et etiā tota3 legem moyfi zc̄. Et quid ho-  
mines comedebant & bibebant in domibus suis: et  
quid reponebant in thesauris suis.

**D**icunt etiam de cristo siue massia q̄ dum  
fuit in hoc mundo contempsit diuicias et  
abiecit carnales delectationes: nec habuit  
cōcupiscentias q̄ sunt occasio peccati et causa inobe-  
dientie. Inducitur etiam in Alcorano illud vbum  
euangelicum. Vulpes foueas habent et volucres ce-  
li nidos zc̄. Et hec om̄ia licet sint auctōritates apte  
dicentis siue dicentiū: sunt tamen conformia his q̄  
prophete dixerunt de Messia ī primo aduentu vt  
patet in predictis.

**D**icitur etiam in alcorano q̄ Eyce. i. Iesus  
est vbum dei: et hoc etiam verbum dei est  
Iesus apud sarracenos quasi vnū p̄petuū.  
ita q̄ nullus alius homo vocatur hoc nomine nisi  
Iesus quem vocant eise. Dicitur etiā in Alcorano:



Sicut deus dixit Eyce. s. Eizce Ego sum sufficien-  
tia tua: ego eleuabo te usq; ad me: et purificabo te  
ab infidelibus .

**C**onsidero ergo dñe mi q; gens iudeorum  
ppter captiuitatez quam passi sunt mil-  
le annis q; etiam sumus paucissimi iudei  
in compatione aliarū nationum. nā Sarraceni mul-  
tiplicati sunt et crescunt cotidie . Fides etiam xpī  
repleuit totuz mundū. Nos uez est ubiq; dispersi  
sumus cum odio nostro et ubiq; sumus paucissimi  
sicut Ruben: cui dixit pater. Non crescas zc̄. Nos  
autem non crescimus: & illi pauci qui sumus sum⁹  
inimici super om̄s gentes: et nihil p̄ficimus: & te-  
stimoniū multorū stat contra nos semper. s. cristi-  
anoz et sarracenorū. Alcoranus eorū euangelium  
xpīanorū quibus nolumus credere q̄uis meo iudi-  
cio alcoranus nihil valeat: cū manifeste contineat  
contradictoria sicut ipse nosti. Et cōpositor siue cō-  
positores eius vtrūq; ut apparet euidenter ignora-  
uerunt testamentū. Sed quid dicemus de euāgelio  
q; supposito q; cristus siue messias iam venerit: ni-  
hil continet contra prophetas et legem nostram :  
sed est manifesta impletio omnium prophetaz et  
promissionū que in lege continentur sumendo spi-  
ritualiter p̄tinet doctrina cristianoz. Nibi-  
lominus dñe mi super his dubiis ad te recurro ma-  
xime super primis n̄is que habui a p̄phetis: quia  
de alcorani testimonio scio qđ quasi nec reputabis



tu maxime qui arabicum scis perfecte et nosti: quia ipse machometus qui dixit se prophetam. nec ventura predixit: & qui dixit se nunciū dei: contra deum & eius scripturam docuit ut corruptus homo penitus & ignorans.

**E**xplicit ep̄la Rabi samuelis missa Rabi ysaac ut sup̄ in prohemio continetur: sub anno domini. s. natiuitatis eius Millesimo. Sed trāstatata de arabico in latinum per dictum fratrem Alfonsum boni hominis: ordinis fratrum predicatorum. Sub āno domini Millesimo trecentesimo tricesimo nono. Sedente Benedicto papa duodecimo: anno quinto pontificatus sui. Deo gracias.



















TO  
BIBLIOTE

*Sala*  
*Número*

TO  
BIBLIOT

*Dep.* **T**  
*Núm.*.....



OLEDO

CA PROV

*Al...*

0

IS

IS

IS

IS

IS

IS

IS

IS

IS

IS

OLEDO

TECA PU

INC

338

338

338

338

338